DISSERTATIO INAVGVRALIS IVRIDICA
DE
IVRE INTERMEDII
Vom Recht der Mitten

QVAM
SOLO DEO ADIVVANTE
ACCEDENTE DECRETO ET AVCTORITATE
MAGNIFICI NEC NON AMPLISSIMI
ICTORVM ORDINIS
IN
INCLVTA VNIVERSITATE ALTORFINA
PRO LICENTIA
SVMMOS IN IVRE CONSEQVENDI
HONORES ATQVE PRIVILEGIA
PVBLICO ERVDITORVM IVDICIO
DECENTER SVBMITTIT
H. L. Q. C.

MARCVS CHRISTOPHORVS Weiler
BOPFINGENSIS
CASTRI CAESAR. ET NOBILIT. IMPER. EQVESTR.
MEDII RHENI FRIDBERGAE ADVOCAT.
ET PROCVRAT. ORDIN.

AD DIEM XXVII. AVG. A. cIↃIↃCCXXVIII.

TYPIS IOD. GVIL. KOHLESII ACAD. TYPOGR.

DISSERTATIO INAVGVRALIS IVRIDICA

DE

IVRE INTERMEDII

Vom Recht der Mitten

QVAM

SOLO DEO ADIVVANTE

ACCEDENTE DECRETO ET AVCTORITATE

MAGNIFICI NEC NON AMPLISSIMI

ICTORVM ORDINIS

IN

INCLVTA VNIVERSITATE ALTORFINA

PRO LICENTIA

SVMMOS IN IVRE CONSEQVENDI

HONORES ATQVE PRIVILEGIA

PVBLICO ERVDITORVM IVDICIO

DECENTER SVBMITTIT

H. L. Q. C.

MARCVS CHRISTOPHORVS Weiler

BOPFINGENSIS

CASTRI CAESAR. ET NOBILIT. IMPER. EQVESTR.

MEDII RHENI FRIDBERGAE ADVOCAT.

ET PROCVRAT. ORDIN.

AD DIEM XXVII. AVG. A. cIɔIɔccxxviii.

TYPIS IOD. GVIL. KOHLESII ACAD. TYPOGR.

Conatum justum etiam DEVS adjuvat.

PROOEMIVM.

Medium tenuere beati: *proverbiale est dicterium, in lipporum tonsorumque ore oberrans, quo servandi medii commoditatem & utilitatem, licet perverso plerique intellectu, exprimere solent. Cuius mali causam non ultimam esse arbitror, quod hunc statum non recte penetrantes, vulgatum sibi ac corruptum plane conceptum de eo forment. Saniorem de medio sensum, eumque meo proposito accommodatiorem, Joh. Angelus, Silesius, Poeta ille Christianus, exposuit, hunc in modum* im Cherubin. Wandersmann p. m. 5. v. 15. *ad verba:* In der Mitten sieht man alles/ *canens:*

Setz dich in Mittel-Punct/ so siehst du all's zugleich/
Was jetzt und dann geschicht/ hier und im Himmelreich.

Et idem p. m. 31. v. 18. *ad verba:* Im Mittel-Punct sieht man alles:

Wer ihm den Mittel-Punct zum Wohnhaus hat erkiest,
Der sieht mit Einem Blick/ was in dem Umschweiff ist.

Hoc mihi de Disputationis Inauguralis themate, pro more, cogitanti, ansam suppeditavit, in proverbii rationem acutius inquirere, & evolvere, num Medietas, sit venia verbo, in jure etiam usum suum præbeat; Et ecce! quod quæsivi, plus opinione & spe inveni. Enimvero in universa rerum creatarum mole, media ejusmodi inveniri extra controversiam est, per quæ, tanquam connexionis vincula, omnia sibi invicem colligantur, sumto de Mathematicorum Linea simili, quam continuam punctorum cohærentiam vulgo definiunt. Rarenter tamen, imo fere nunquam, eandem in conjunctione duorum extremorum naturam deprehendimus, sed medium hoc interjectum specialem ab extremis utplurimum formam efficere, si attendimus, docemur. Sed quid opus est, falcem in alie-

nam messem mittere, ubi jura nostra exemplis abundant? Nonne Interusurium tale præclarum est? quod & Ddrum & argentariorum capita mirum in modum sæpe exercet, qui fluctuant, in quo majus medii temporis lucrum resideat, & quomodo deducendum sit, vid. Carpz. in Decis. illustr. P. 3. Dec. 275. n. 14. & seqq. *nec non fructus medii temporis cui, & quando veniant adjudicandi, Judex sententiam ferens, ob oculos habeat. Inter mortem quidem Vasalli & jus Agnatorum nullum esse medium, sed eis ipso facto quæsitum jus tribuit*, Bald. in cap. 1. §. hoc quoque de success. 1. feud. col. 3. *Zuchard.* Cons. 31. n. 55. *dari autem talia in feudis, res ipsa demonstrabit. Quocirca, ut plura prætercam, breviter dicam, me in tanta conscriptarum Disputationum multitudine, nullam, quantum mihi hactenus constitit, de intermediis invenisse, hincque constituisse,* DE IVRE INTERMEDII, vom Recht der Mitten / *impetrata ab Amplissimo JCtorum, in hac illustri Academia, Ordine, Disputandi Licentia, cuivis summos in utroque Jure titulos petenti prius necessaria, nonnulla differere, & publici speciminis loco omnium judicio libere exponere. Qua mihi persuasa Lectoris benevolentia, confido, ut cum Principe illo Philosophorum mecum judicet: Opiniones easdem, neque semel, neque bis, neque raro, hominum mentes pervagari, sed certa quadam periodo quasi in orbem circumactas recurrere, adeoque nec me novum moliri opus, siquidem a solide eruditis nihil ignoretur, nisi quod ipsis scientiis deest; Tantum, cum forma det esse rei, singularia quoque jura circa intermedias species, quæ obtinent, pro virium tentamine proferam. Sinistram autem malevolentium severitatem nil moror, sed, si velint, valeantque, ab ipsis edoctus meliora, benigne expecto.*

Faxit DEVS, ut Medium hujus conaminis a me juste servatum, in Nomine Domini Nostri IESV CHRISTI faustum sit atque fortunatum. Hic ut omnibus consiliis omnibusque actibus nostris divinitus adsit, in votis unice habemus Coloss. 3. v. 17. L. 7. C. de off. præf. præt. Afr. *quo cuncta in perennem SS. Triados Gloriam, atque felicem justitiæ administrationem vergant.*

CAP. I.

CAP. I.

GENERALIA PRAECOGNOSCENDA EXHIBET.

§. I.

Omnem noſtram inſtitutionem à definitione debere proficiſci, „ ut ſciamus, quid ſit id, de quo diſputatur, Ciceronis „ quondam erat primordiale effatum *Lib. I. Cap.* 2. *de Offic.* Neque id ſine ratione, cum definitio rei naturam vim atque poteſtatem demonſtret. Ariſtot. 7. Metaph. qua omiſſa, vagum plane erit atque incertum tractationis conceptum cum eius intellectu. Verum, vix euitabitur, *omnem in iure definitionem eſſe periculoſam* ſcil. ratione compoſitionis, exceptionis & applicationis ad factum *L.* 202. *ff. de R. J. L.* 32. *pr.* ibi: *difficilis eſt definitio ff. de Vſur.* maxime, cum turpe ſit, prius determinare, quam terminos intelligere, Mantic. *de Coniect. vlt. vol. Lib. I. tit.* 1. *n.* 1. niſi in originariam verborum intelligentiam, velut omnis eruditionis principium, teſte Socrate ap. Epict. penitius inquiratur. Quod in Civili inprimis ſcientia vti veriſſimum J. J. Wiſſenb. *Comm. ad tit. ff. de Verb. Sign.* ita a priſcis JCtis plerumque olim eſſe obſeruatum, ipſæ Leges docent. *§.* 2. *J. de tut. §.* 2. *J. de Obl. quæ ex del. L.* 1. *§.* 1. *&* 2. *ff. de pact. L.* 1. *ff. de Reb. Cred. L. I. pr. Depoſ. L.* 25. *§.* 1. *de Leg.* 3. *L.* 1. *pr. de A. l. A. P. L.* 1. *pr. de furt.* & alibi. Siquidem *definitione verbali* rite tradita, ad ipſius rei perceptionem provehimur, Everhard. *in Loc. Top.* 19. quam *realis* ſponte ſua excipit, & totum ſic inſtitutum cuivis legenti facile intellectu erit. Quamvis Etymologiam non omnes eadem æſtimatione ex Sarraſini iudicio metiantur, ſentientis: *En matiere d'Etymologie les mots ſont comme des cloches, a qui on fait dire, ce qu' on veut.* Nec ſemper bonum adeſt argumentum a vocabuli alluſione petitum, quia non ſequitur, quis fugit, ergo eſt fugitivus. *Bart. & DD. ad L.* 2. *ff. de R. Cr. & DD. in L.* 1. *pr. de A. l. A. P. & Bart. cum DD. in rubr. ff. ſolut. matr.* Unde eam quidem Auctorem ſuum ſæpe, non tamen ſemper fallere videmus, nec JCtos in lubrico hic ver-

ſari, qui terminorum principia rebus ipſis ſignatis nituntur, & ad uſum, cui nominationes inſerviunt, deriuationes ſuas communiter adcommodant.

§. II. Operæ autem pretium non erit, vocis *Juris*, quam in Diſputationis, rubro poſui, originationem, eiusque πολύσημον huc plurimis referre ſignificatum, quem ex *L.* 1. 10. 11. *& fin. ff.* tum *ad §.* 3. *I. de I. & J. ad pr. I. de Uſufr. & pr. I. de Act.* Commentatores operoſe ſatis & abunde exponunt. Præſentem *Juris* acceptionem indigitare, mihique idem, *quod iuſtum eſt* circa Intermedia, hic notare ſufficiat, quo ſenſu in tit. *I. de Jure perſ.* huicque reſpondente *tit. ff. de Stat. hom. & L. fin. de J. & J.* venit, ſic aliis etiam conſiderationibus à JCtis adplicari probat Cornel. van Eck. *ad tit. ff. de J. & J. §.* 2. Ita tamen, ut ſimul rei alicuius qualitatem includat, quomodo ſervitutes jura prædiorum appellantur, *L.* 86. *de V. S. ibique gloſſ. cum tit. I. de reb. corp. & incorp. L.* 1. *in fin. de Rer. div. vid. Vultej. in Comment. ad §. Juris præcepta* 3. *n.* 2. *I. de J. & J.*

§. III. Potius *Intermedii* notio conſideranda, & hæc ſe ipſam prodit, quod ſit ex præpoſitione *inter*, non æqualitatem ſignificante, Calv. *Lex. Jur. voc. inter* & adjectivo neutro *medium* compoſitum, quo utitur Cic. *de orat. cap.* quaſi diceres, inter duo medium. germ. Etwas / das in der Mitte ſtehet ; Ein Mittel⸗Stand / atque de eo ſumitur, quod ab uno e veſtigio ante venit, quam ad id, cui proxime accedit, perveniatur, adeoque quod interiicitur, hoc intermedium conſtituit, non attento, an oppoſitive contradiſtinguatur, an vero conveniat, cum de utroque extremorum ſuorum participare plerumque contingat. Quantum ego quidem ſcio, in nullo Legum textu hæc vox occurrit, licet res frequentiſſime inveniatur, cui alia tunc denominatio adhibetur, & mihi exemplis in id collectis demonſtrare jam propoſui.

§. IV. Non una vero eſt Intermedii hujus acceptio, etenim Vlp. *in L.* 3. *§.* 3. *ff. ſi cui plus intercapedinem temporis* illud dicit, nec male, ſiquidem, quamdiu ea durat, conditio in mora eſt, & medio tempore expectandum, quoad exiſtat, inde hæc duratio clarum

 conſti-

constituit intermedium, & quicquid interea accidit, ad ejus effectum pertinebit. Porro per *intervallum* exprimitur, *t. t. Cod. de Muner. & hon. l. 6. ff. de Legat.* quod temporum tractum ad spacium significare tradit Brisson. Unde per *Spacium* etiam interdum intelligi, ex eo infero, quod id æque de loco ac de tempore convenienter dicatur, qualem Juri nostro intermedii cognatum fere casum in *l. 3. §. 2. ff. quib. mod. Ususfr.* & *cap. fin. X. de nov. op nunc.* deprehendimus. Propriissima tandem huius vocis homonymia est, quando *Medium* audit, & varias in iure accipit denotationes, ap. Calv. *in Lex. Jur. voc. Medium* allatas, quarum ea hic quadrat, quando pro *tertio* intelligitur, quod quædam contraria habet, ut Inter τὸ esse duorum intercedat τό esse tertii. *l. 11. pr. ff de iureiur. l. 7. §. 7. de Publ. in rem act. l. 15. de exc. rei iud.* qualiter adsensum inter & contradictionem interiicitur patientia *l. 1. §. 3. de tribut. act.* ac idem cum tacito consensu operatur, cujus in rerum incorporalium jure singulares usus se exserunt, *l. 6. §. si passus ff. Mandat.* qui ex vulgato axiomate inferuntur, quod qui tacet consentire videatur, vel qui tacet, non utique fateatur, sed tamen verum est, eum non negare, *ix. l. 142. de R. J. cap. 44. de R. J. in 6.*

§. V. Innuit igitur medium aliquod tempus, eiusque conditionem, statum, Jura, omnesque alias interea comitantes qualitates, affectiones & effectus considerat, in quo, sive personæ, sive res, sive contractus, actiones, iura & iudicia seu quæcunque alia in eo medio occurrentia, se intuenda nobis ac ponderanda sistunt, quo sensu multifariam in iure subaudit. Sic *l. 1. C. de re milit. §. 3. vers. & quorum commodum postea acquisivit. I. de adopt.* plura vero ex instituti ratione de eo in sequentibus tradam. At, num *Mora* latissime licet sumta huc faciat, utique ambigo, quia, sive pro quavis cessatione, dilatione & temporis lapsu tunc sumatur, arg. *l. 24. de Usur.* & quamdiu in intermedio quid commoretur, moram equidem nectere dicatur, hoc tamen non ex mora s. commoratione magis, quam ex sortis comitantis qualitate vnice cognosci debet.

§. VI. Nec Synonyma Intermedio desunt, dum 1) adverbialiter per *Interim* indigitatur, quod idem ac *interea* significat, *L. 7. pr. ff.*

pr ff. de jur delib. & medio tempore operatur, *L.* 17. *§.* 12. *ff. ad Municip.* Hieron. Magon. *in Decis. Flor.* 90. *n.* 13. cum aliquam involvat pendentiam. *L.* 46. *ff. fam. herc. L.* 22. *pr. ff Mand. L.* 13. *§.* 5. *ff. de pignor. L.* 10. *ff. de adsign. Libert.* Signorol. *Cons.* 189. *n.* 1. circa quod multis conferatur Calv. *in Lex. jur. voce Interim.* Cujus efficaciæ singulare producendum testimonium Decretorum Interimisticorum, der Interims-Mittel-Bescheide / quorum illud Religionis Decretum palmam gerit, das *Interim* vulgo dictum, & Caroli V. Imp. ævo eum in finem inventum, ut intermedium Religionis interea statum ordinaret, donec Pacificatio universalis sequeretur, cujus ideo hic mentio facienda, quia ad Juris publici intermedia referendum est. v. Osiand. *in Hist. Eccl. Cent.* 16. *lib.* 2. *cap.* 69. *lit. g.* Schleid. *de Stat. relig. lib.* 20. Quare & lites ab Imperii Statibus de bonis in Statuum territoriis sitis equestribus, atque in iis juribus exercendis immediatæ Nobilitati motæ, ne diuturna mora impediantur, damnaque fierent, per amicabiles compositiones, quasi per intermedia tantum, eas sopiri tantisper fecerunt, & Interims-Mittel vocarunt, prout typis exscriptæ prostant: die so genandte Interim-Mittel der Marggrafschafft Burgau / der Hegau-Nellenburgische Vertrag / de quibus vid. Dn. Burgermeister *in Cod. Dipl. pag.* 670. 674. Knipschild. *de Nobilit. immed. L.* 3. *c.* 5. *n.* 8. 142. 280. *& cap.* 6. *n.* 6. 19. *cap.* 14. *n.* 270. 312. 343. Sicuti pariter ex Jure privato huc referendum est Decretum interimisticum, sive provisionale, quo sibi in processibus prospiciunt partes litigantes & egentes, ut interim ipsis ab adversario litis erogentur expensæ. v. Stryk. *in differt. de Decret. Interim. c.* 2. *n.* 217. *vol.* 1.

§. VII. Cum ab effectu etiam petantur Synonyma porro 2) vocem *Status*, aliquale esse, res ipsa docet, proprie et effective involvit, quod in intermedio dispiciendum est, ubi pro aliqua conditione seu qualitate sumitur, qua venit t. t. *de Stat. hom.* sic et Reipubl. Status dicitur. *§. f. J. de J. et J.* dignitatis *L.* 5. *§.* 1. *de Extraord. cogn.* obligationis status i. e. conditio et natura. *L.* 9. *§.* 1. *ff. de duob. reis L.* 108. *et L.* 124. *ff. de V O.* idque vocabuli Status derivato a Stando, et hoc a græc. στάω S. ὕστημι, suppeditat, quia quotiescunque de

de intermedii jure judicandum, toties ſubjecti in eo conſtituti Status eſt inſpiciendus. Quorſum phraſes juris collimant, Status controverſiam, §. 12. *de excuſ. tut.* quaeſtionem Status facere, pati, aliæque ſimiles. Sed et 3) *tertium* dicitur, quod uti aliis Auctoribus vulgare eſt, ut Cic. *L.* 1. *epiſt.* 5. eſt quiddam tertium *L.* 9. *ep.* 22. nihil eſſe tertium, alibique ita in Jure ipſo hoc ſenſu occurrit. *L.* 4. *in fin.* ibi: & tertium genus liberti *de J. & J.* atque apud Commentatores plures ejusmodi tertiorum ſpecies recenſentur, de quo ſupra §. 4. conferatur.

§. VIII. Ne autem verboſa fiat diſputatio ix. pr. J. *quod cum eo qui in al. pot.* ſermonem ad realem dirigo definitionem, quam ſic trado: *Intermedium eſt ſpacium, inter duo extrema juridice conſiderata, tanquam tertium interjectum, quod in perſonis, rebus et factis conſideratur, atque in his diuerſas inducit qualitates, ſecundum quarum conditionem vel Statum Jus ſpeciale producit.* Cuius definitionis illuſtrationem præter ea, quæ ſupra ad §. 5. tradita ſunt, ſequentia explanabunt.

§. IX. Hæc uberius enodaturus, primo de Genere, tum de Differentiis videndum, ex quibus definitionem conſtare vult auriga ille JCtorum et lucerna ac ſpeculum Juris Civilis Bartolus in *L.* 1. *qui teſt. fac. poſſ.* Dixi igitur eſſe *ſpacium*, de quo nemini erit genere dubium, cum γνώρισμα ſuum habeat, & in omni loquendi uſu intervallum ſignet, ſive in tempore, ſ. menſura, ſ. dilatione aut quacunque alia diſtantia inueniatur. Quo ſignificatu omnibus Auctoribus commune eſt, Cic. *ad fam.* 5. 13. Plin. *Hiſt. nat. L.* 7. *c.* 17. Curt. *L.* 8. *Cap.* 1. §. 48. & Græce τὸ διάστημα vertitur. Unde latius Intervallo patere conſtat, quod tanquam genus ſpecificum illi, ut generaliori, ſubeſt, et ipſum intervallum ſub ſpacio continetur. Dixi, *inter duo extrema* itidem generaliter a ſe diſtare neceſſe eſt, *L.* 3. §. 2. *ff. ad L. Corn. de ſicar.* atque ſic differentiam ſimul ſpecificam cunctis verbis *iuridice conſiderata* exponunt, (dari enim et alia intermedia infra §. 14. remiſſive tradetur) quæ qualitatem diſcernentem et diſſimilem a reliquis ſpaciorum intermedio-

rum ſpeciebus naturam innuunt, quas vide paſſim ap. Calvin. in Lex Jur. voc. *Medium*; & noſtrum Intermedium certum ſua proprietate a ceteris diſtinctum eſſe exprimunt. Cui accedit, in verbis: *tanquam tertium*, ut contraria etiam *παθήματα* ſuis extremis vicinis admittat, inde in multis diverſam plane, imo iis contradiſtinctam naturam induant, quamdiu nimirum in hoc ſpacio conſtituta deprehendantur.

§. X. Addo *in perſonis, rebus & factis* per quæ ſubiectum ſiſtimus. Obiectum vero circa *diverſas* verſatur *qualitates* & jura, quæ inducit; ſed per verba: *ſecundum quarum conditionem vel ſtatum*, formam, quæ dat eſſe rei indigito, finem tandem per *Jus ſpeciale*, quod efficit, exhibeo.

§. XI. Quin nec defuturos facile perſuadeor, qui, vix dari aliquod intermedium objiciant, eo, quod ſupra in *§.* 3. 4. & 8. contraria et plane ab extremis circumjectis diverſa in eo admiſerimus, fruſtra igitur tale fingitur, quod propriam ſuam et ſingularem plane conſtituit ſpeciem, nec opus, ut entia præter neceſſitatem multiplicentur, ſed in ſubordinatorum potius, ſi non ſeparatorum ordinem collocentur. Verum præterea, quod ex jam dictis objectioni ſatisfactum, & rerum teſtimoniis extantibus haud opus ſit verbis, ſententiam noſtram confirmabit, in quo omnes, etiam diſſentientes, oportet conſentire, in jure ſcilicet ejusmodi talia occurrere, quæ præcedentia ſua & ſubſequentia habent, & ab his non quidem per totum, ſaltem per qualitatum partes, utrinque participant, dum in alio ab utroque & recedunt & ejus naturam ſervant, adeoque tanquam media conſideranda & ex his declaranda veniunt. *L.* 21. *§.* 1. *ff. qui teſt. fac.* Socin. *in L.* 29. *col.* 3. *ff. de reb. dub.* Felin. *in rubr. de re jud. col.* 5. verſ. *intelliget.* Ita ex effectu quoque convincuntur, quippe medio eo ſtatu non ſublato, extrema minime conjunguntur, nec ſeparantur, quod, cum fuerit ſpontaneum, impedit coniunctionem. Flor. *in diſp. incip. Baro quidam. col.* 7. *verſic* 7. *etiam*, Decius *Conſ.* 247. *in cauſ. col.* 3. Nevizan. *Conſ.* 47. *n.* 42.

§. XII. In-

§. XII. Intermediorum divisionem tradere supervacaneum est, iis pro nimia subjectorum varietate, in quibus intermedietas contingit, mirum quantum variantibus, adeoque dum secundum eam dividenda forent, divisio , si non plane impossibilis, difficilis ad minimum erit & nimis prolixa ; quam tamen secundum infra *§.* 15. indicatum Disputationis ordinem commode fieri posse res ipsa docebit.

§. XIII. Causam Intermedii efficientem Juris non tantum Romani *L.* 3. *§.* 2. *ff. ad L. Corn. de sic. L.* 12. *§.* 2. *C. de ædif. priv.* & alia in ipsa tractatione obvia exempla demonstrabunt, sed Juris etiam Canonici ac feudalis 2. *F.* 26. *§. si quis decesserit*, 2. *F.* 54. *vers. aut pro quantitate feudi*, *&* 55. *§.* 1. *firmiter*, dispositiones constituunt; neque tamen statuta vel consuetudines particulares hinc eliminentur; saepe enim quaedam de intermedio iusta censentur, quae alibi vel Lege vel moribus iniusta reputantur, nec admittuntur.

§. XIV. Cui veritati testimonii facem accendit, si non tam pedibus omnes totius mundi angulos, quam animis universum disciplinarum ambitum, ἐγκυκλοπαιδειάν Græci vocant, peragremus, ubique talia intermediorum genera, inuenire licebit. Nam, ut a Sacris abstineamus, eaque quia hujus non sunt omnino arenæ, strictim modo attingamus, nemo forte erit, qui hæreat, intermedias ejusmodi in Theologia dari qualitates. Hoc, si quis nondum satis sibi persuasum habeat, Sacra adeat Scripta, & nullo negotio animadvertet, Christo salutis per Protoplastorum lapsum ad cunctos posteros amissæ in integrum Restauratori Statum talem intermedium Deum inter & homines omnino competere, qui ipsi in 1 Joh. 2. §. 1. & 2. & multoties satis clare tribuitur, unde & Mediatoris nomen gerit, ut alia mittam, ne opinionum a me alienarum impugnationem sine causa moveam. Et quid Medicorum curiosæ animadversiones aliud sunt, quam intermedia ab ipsis critici dies dicta, in quibus ad morborum, inprimis acutorum & graviorum septimam sæpe horam, diem, mensem & annum septimum quam sollicite attendere solent. v. Galen. *de dieb. crit.* Talia an in Physicis aliisque Philo-

Philoſophiæ ſcientiis dentur, viderint, qui eas tradunt, certe in harum interpretum Commentariis ſtudioſe perſcrutantes, non dubito, quin invenient.

§. XV. Meum eſt, ſine longo præfamine ad ipſam Intermediorum Juridicorum tractationem properare, utque in iis proponendis per medium Juris profundum ſecure incedam, juxta probum materiarum delectum, ordinem etiam tenere tanquam tutiſſimum, omnino decebit. Scire enim quid faciamus, & neſcire, quo ordine, nihil eſt imperfectius. Cum non unum tantum aut alterum, ſed pene innumera alia ſint, quae ſi ſingula in ſcenam producere vellem, non Diſputationis id argumentum foret, ſed voluminis fere compage indigeret. Indicabo igitur pro inſtituti mei neceſſitate et temporis rerumque articulo eorum tantum aliqua, methodo ab Imp. in Inſtitutionibus in *§. 12. de Jure N. G. & C.* ad id ſervata; ut primo perſonarum intermedia evolvam, deinde quæ circa Jus in re verſentur, tum in Jure ad rem quæ obtineant, vbi quid in Contractuum et obligationum intermedio jura diſponant inveſtigandum, denique in judiciis, foris & actionibus qualia dentur, remedia vero cuicunque inſervientia ſtatim ſubnectam, atque eousque non invitam ſentiens *Minervam* pergam, donec pro operis fabrefaciendi molimine ſufficere ratus, calamum ſponte depoſuero.

CAP. II.

DE IVRE INTERMEDII CIRCA PERSONAS.

Intermedia, perſonas quæ feriunt, traditurus, initio ſecundum triplicem hominis ſtatum, Libertatis puta, Civitatis & familiæ conſiderationem inſtituendam Legum & Commentatorum notiſſima diſtinctio ſuadet. Sit itaque

MEMBRVM I.

§. I.

Vbi Libertatis quod attinet ſtatum, Libertinos ſe tanquam intermedios ingenuos ſeu Liberos natos inter, et his oppoſitos ſervos

ſervos ſiſtere, inde tertium conſtituere genus *L.* 4. *ff. de J. & J.* docet. Præter hanc relationem, nullam dari aliam differentiam Valla exiſtimat *lib.* 4. Tales ſunt ex juſta ſervitute manumiſſi *L.* 6. *ff. de Stat. hom. pr. I. de Libert. L.* 8. *C. de ingen.* nec non cum liber ſe venalem praebuerit, deinde rurſus manumiſſus ad libertatem ſive ingenuitatem minus proclamabit. *L.* 21. *ff. de Stat. hom. L.* 40. *de liber. cauſ. L.* 2. *pr. ff. ſi ingen eſſe dic.* ſed Libertinitatis demum jure gaudebit. Duplici autem olim Libertinorum genere obſoleto *per tit. C. de dedidit. Libert. toll.* huncque ſequentem *tit. C. de Lat. Libert. toll. §. fin. I. de Libert. & §. ult. I. de ſucceſſ. Libert.* Juſtinianus Imp. utrumque in tertium genus transfudit, atque ſic Libertinitatem, ſalvo patronatus jure, plane tollendo, Libertinos omnes Cives feciſſe Romanos probat *Nov.* 78. ad quam vid. Cuiac. Alciat. 2. *Diſp.* 25.

§. II. Hæc quantum noſtros concernunt uſus, de ſervis prius diſpiciendum, quinam eorum locum apud Germaniæ Majores intraverint, & ad nos ſucceſſerint. Equidem Romanis tales aut naſci aut fieri ex *§.* 4. *I. de Jur. perſ.* conſtat. Sed Germanorum ſervantiſſimum ſemper libertatis ingenium, naſcendos inter ſe ſervos minime patiebatur. Quippe Tacito Cap. I. de Mor. Germ. adſerente: *Nemini apud eos neque animaduertere, neque vincire, neque verberare quidem, niſi Sacerdotibus permiſſum; non quaſi in pœnam, nec Ducis iuſſu, ſed velut Deo imperante.* Sibi enim ſolis vivere putabant, & naturalem potius ductum atque arbitrium, quod omnes homines æquales facit, *L.* 32. *de R. I.* & Liberos natos *L.* 4. *de J. & J. pr. I. de libert.* quam leges tenebant. *Francorum* hoc prodit appellatio, gentis in Germaniæ gremio oriundæ & ab eminentiori libertatis ſtudio nomen nactæ. Vnde *Francus*, germ. liberum ſonat hominem Franck und frey. Cujus nativas ſedes a Taciti ævo petitas deducit Dn. Schweder in *Jur. publ. P. Gen. Cap.* 4. *§.* 6. Proinde Jure ſolo victoriæ Germanis ſervitutem fuiſſe impoſitam hiſtoria memorat. Alia ut taceam teſtimonia firmiſſimo illo ac ſingulari communiatur, ubi Clodovæus Francorum Rex Alemannis ad Tolbiacum magna clade profligatis

ad Romanorum exemplum ſervitutem impoſuit, & jure victoriæ uſus graviſſimo ſervitutis jugo indomitam gentem ſubdidit. Quem Carolus M. imitatus, cum de Saxonibus & Weſtphalis triumphaſſet, ex liberis homines proprios fecit. Vid. Dn. Cancell. Hert. *Diſſ. de Hominibus propriis. Sect. I. §. 1.* ex antiquitate hæc erudite eruentem. Plura talium eſſent, quæ præclare deducta legas ap. Lehmannum ſolertiſſimum alias rerum Germanicarum inveſtigatorem *Chron. Spir. lib. 2. cap. 2.* cum Stumpfio in *Hiſtor. Helvet. L. 4. cap. 27.* paulo poſt in hæc verba concludente: **Dahero iſt nun die Leib-Eigenſchafft in teutſchen Landen erwachſen.** qua explicatione Hiſtoricorum de ſervis relationes intelligendas eſſe puto, ſcribentis: *plena ſervis fuit & ſervitutibus Alemannia noſtra.* Joach. Vadinus in *ep. ad Goldaſt. Tom. 2. ſcript. Alem. p.* 84. tractabiliori poſtea et mitiori facto ſeculi genio,

queis meliori luto finxit præcordia Titan,

Romanorum jam eo inclinante humanitate, *L. 7. pr. & L. 24. ff. de Capt. & poſtl.* Struv. *S. J. C. Ex. 3. th.* 20. 21. ſervilis quoque eorum temporum conditio, moratioribus non amplius convenit, & a noſtris receſſit, ut nec Chriſtiani ſe invicem in ſervitutem redigant. Covarruv. in *C. peccatum P. 2. §. 1. n. 6. de Reg. Jur. in 6. Grot. de J. B. & P. L. 3. c. 7. §. 9.*

§. III. Non eſt mei propoſiti omnes ſervorum priſcorum differentias huc colligere, quas ex antiquitatis ſcriniis retulerunt Dn. Cancell. Hertius in cit. *Diſſ. S. 1. §. 2. & ſeqq.* aliique ut Lehmann. in *Chron. ſpir. L. 2. c.* 20. 24. Stumpfius, Stammius, Schilter in *Pr. Jur. Rom. Ex. 3. §. 4. ſeqq.* Monere ſaltem ſufficiat, quod etſi Germani more Romanorum ſervis uſi non fuerint, teſte Tacito de Mor. Ger. Cap. 28. *ſervis*, inquiente, *non noſtrum in morem, deſcriptis per familiam miniſteriis, utuntur;* Satis tamen duram fuiſſe ſub Carolo M. eorum conditionem tum ex operis ap. c. Lehm. *cap.* 20. deſcriptis, tum ex eo patet, quod impune legatur in *L. 6. Capitul. Car. M. Capitul. II.* ſervum occidiſſe, qui vno vel altero die ſupervixiſſet. Interim pro locorum varietate & prout, illorum ſitus ingenia quoque hominum utique format, Curt.

L. 8.

L. 8. *c.* 9. *§.* 20. ita variabat etiam servorum conditio, ut modo durior, modo mansuetior exciterit. v. Stumpfius in *Chron. Helv. L.* 4. *c.* 27. *vers.* also wird dieses Joch.

§. IV. Cessante sic ex captivitate bellica servorum constituendorum usu, de jure enim victoriæ, quod fortuna bellica cuicunque superiori servitutem victis injungere adhuc dum bene liceat, cum Perill. Dn. Thomas. *in diss. de Jure Stat. Imp. dandæ civitatis,* §. 26. ex rationibus in Jure Nat. & Gent. fundatis statuimus, per ea, quæ tradit Grot. *de J. B. & P. lib.* 3. *c.* 7. *§.* 1. Puffend. *de J. N. & G. lib.* 6. *c.* 3. *§.* 6. Per desuetudinem tamen factum est, ut nomina simul in Germania audiri sensim desierint, cujus causam fervorem pietatis ex Conringio prætexit Hertius *c. l. sect.* 2. *§.* 1. manumissionibus a religiosis copiosissime ad id factis, adstipulante laudato Dn. Thomasio *d. l. §.* 20. quod ad Suevicorum Impp. tempora maxime referunt. Ipsa tamen servitus, tanquam res Dominorum sensus voluptate & multa commoditate permulcens, minime usu recessit, sed novo nomine *homines proprios* vocare eos consueverant, & serviles tractationes ad lenitatem propensiores deliniebantur. v. Joh. Philippi *in Usu Pr. Inst. l.* 3. *ecl.* 32. *n.* 10. Mynsing. *Cons.* 2. *obs.* 23. Manz. *qu.* 23. *n.* 1. Vultej. *ad §.* 2. *n. fin. I. de jur. pers.* Stamm. *de servit. l.* 3. *c.* 1. *n.* 2. De quorum variis nominationibus videantur Auctores materiam hanc perstringentes, ex his illam notatu hic dignam notantes, ubi *servos anonymos* vocat Zasius *sing. Resp. l.* 2. *c.* 7. *n.* 8. Gail. *de Pignor. c.* 8. *n.* 3. & Zas. *vol.* 2. *cons.* 19. *n.* 3. servitutem eorum anomalam, & *homines conditionatæ servitutis.* Molin. *ad Cons. Paris. tit.* 1. *de mat. feod. §.* 41. *n.* 55. In vernacula nostra Leibeigene audiunt, Myns. *C.* 2. *O.* 23. Speidel. *in Spec. voc.* Leibeigen. item halbeigene/eigene Leute. Kraiser. *in Inst. Jur. Bavar. tit.* 3. *lit. a.* Hahn. ad Wesenb. *de stat. hom. n.* 5. Wesenb. *P.* 1. *cons.* 18. *n.* 27. Cothm. *vol.* 1. *cons.* 42. *n.* 21. In Saxonia Lassen s. Lazzi, quasi victoria licet devicti, sedibus tamen suis imposito servitutis jugo relinquebantur. Speidel. *voc.* Frohndienste. Stamm. *de servit. l.* 3. *c.* 15. Beuter. *in Tacit. de Mor. Germ. cap.* 43. Reinking. *de Reg. S. & Eccl. l.* 1. *cl.* 4. *cap.* 14. *§.* 33. hinc qualitas der Laß-

Güther/

Güther/ Cossaten-Güther/ quale rusticorum genus Cossaten/ a casis, den Bauer-Hütten/ forte sic dictis, in singulis fere Saxoniæ pagis habitat. Ziegl. *de dot. eccl. cap.* 9. §. 49. aliter aliis in locis vocantur. conf. Ruland. *in addit. ad Ferrar. proc. fol.* 47. Speidel. *in Spec. jurid. pol. voc.* Leibeigenschafft. *addit.* 1.

§. V. Sub hominum propriorum genere continentur glebæ adscriptitii s. addicti, quos tamen Struv. *S. J. C. ex.* 3. *th.* 20. & 22. illis æquiparat, & horum subordinatum minus recte facit, quia Jus Civ. nuda hominis appellatione servos intelligere certum est, adeoque eorum genus intrat, & absolute vox *hominum* omnes propriorum species interdum exprimit. Guil. Bened. *ad C. Raymutium verb. & uxor. n.* 391. ibi: *mortuo homine. X. de testam.* in antiquis etiam documentis simpliciter Leuthe s. Lüthe scribuntur. Bes. *ad Ord. Wurtenb. p.* 5. Speidel. *c. l. voc.* Leibeigenschafft. Pariter huc spectant Gallorum *les mains morts*, adscriptitiis colonis consimiles, ideo ita dicti, quod ex Juris Rom. analogia quasi pro capite mortuo habeantur, sed quod etiam sine re demortuis manus abscinderetur, notante Lehmann. *Chron. Spir. l.* 4. *c.* 22. Nec non eorum numerum augent in Palatinatu & conjunctis huic regionibus recepti *Wildfangii*, quales qui sint, qui dicantur, quove jure teneantur, cum Ddres passim pene multa tradiderint, hic adferre supersedemus, potius Lectoris studium ad Dn. Consiliarii & Antecessoris Hildebrandi disputationem *de Jure Wildfangiatus, Serenissimo Electori Palatino proprio*, Altorfii A. 1723. solide conscriptam, ablegamus.

§. VI. Ast non omnes subditi, qua tales, eo referendi, quamvis Mundius *cap.* 2. *n.* 439. Knichen. *de vest. pact. part.* 2. *c.* 4. *n.* 299. hac adplicatione male utantur. Inde nec jus mancipii facit quem subditum. Frider. Mind. *de Mand. l.* 2. *c.* 46. *n.* 4. Jo. Roding. *sing. obs. cent.* 3. *obs.* 45. *n.* 3. nec, qui subditus, etiam est homo proprius, consentiente Dn. Hert. *d. diss. sect.* 2. §. 2. verum illi tantum, qui agricolationis sive proprietatis jure aut mancipii conditione in specie devincti sunt, die ihrem Herrn mit Leibeigenschafft verbunden seyn. Idque quovis agricolationis constituendæ modo fiat, hodie vero communiter per nativitatem propagatur, ob nimiam servitiorum novo-

rum excogitationem, quæ valde odiosa est, ex qua plurima rusticorum gens per totam fere Germaniam, imo Europam, operas præstare videmus.

§. VII. Quocirca æquiparationem eorum cum servis in multis effectibus apud DD. legere licet, adeo, ut a servis ad homines proprios valide inferant. Lauterb. *Coll. pr. de Jure pers. th.* 15. Husan. *de Hom. propr. c.* 2. *n.* 32. Dav. Grafter. *Tom.* 4. *Cons. celeb. JCtor. cons.* 21. *n.* 5. *per L.* 22. *C. de agric.* Blarer. *ad L. Diff. cap.* 2. *n.* 23. *C. de ingen.* Hahn. Stamm. Brunnem. Klock. aliique. Attentis tamen omnino pactis curialibus, das Geding / oder Ding-Rotul / & quicquid in his conventionibus statutum sit. Balthas. *de oper. subd. cap.* 1. Köppen. *qu.* 11. *n.* 3. Gail. *l.* 2. *obs.* 62. *n.* 12. C. J. A. *tit. de stat. hom. §.* 18. nec non ad provinciarum mores, cum non ubique eadem sit hominum propriorum conditio, de qua diversitate bene judicavit Hertius *c. l. sect.* 2. *§.* 2. quod magis heriliter in inferiore, quam superiore Germania tractentur, & Hassiacos felices ob leve servitutis jugum, imo vix esse proprios, deprædicat. Longe vero feliciores adhuc facio subditos in Castri Imperialis, quod Fridbergam adjacet, ditione existentes, qui præter modica & vix nomen merentia servitia nihil amplius durioris conditionis sustinent, atque omnimoda fere gaudent libertate, bonorum administratione, contrahendi facultate, & discedendi, quo velint, licentia, soluto exiguo manumissionis pretio, nec morientes caput mortuum seu mortuarium pendunt, theidigen kein Besthaupt. Adeoque in his plenius obtinebit, quod alias de hominibus propriis adserunt, eos, quod statum attinet, non servos, sed revera liberos esse. Gail. *de pignor. c.* 8. *n.* 3. C. J. A. *d. l.* Struv. *S. J. C. exerc.* 3. *th.* 22. & Juris Civilis communione gaudere. Stamm. *de servit. l.* 3. *c.* 17. *n.* 2. Lauterb. *Coll. Th. Pr. tit. de tutel. th.* 14.

§. VIII. Hisce prælibatis, dijudicandum restat: Vtrum hi homines proprii, seu moderni rustici servis rectius, an liberis adsimilentur, an vero Intermedium faciant, sicque Libertinis conveniant? Boecl. ad Grot. *l.* 2. *de J. B. & P. cap.* 5. *elegantem*, vocat, *quæstionem, rationum copia & contentione in utramque partem agitatam.*

Et Gryphiander quidem : *Homines proprios magis ex ſervis Rom: quam ex moribus Germanorum participare*, pronunciavit, quem præiverunt Blarer. *in Fr. ad L. diff. cap. 2. n. 23.* Huſanus *de propr. hom. c. 2. n. 36. Oldendorp. Claſſ. 3. action. 9.*

§. IX. Libertatem autem nemo ipſis hactenus nec vindicavit, nec ob requiſitorum defectum adſerere potuit. Enim vero licet ſupra liberos eos dixerim, hoc ad ſtatum ipſum & civilium actuum perficiendorum licentiam reſtrictum volo. Alii diſtinctione rem dirimunt, ut Vinn. *in Comm ad I. de Jur. perſ. pr. n. 1.* & Mev. *ad Jus Lub. l. 1. tit. 3. pr.* eos ſervis adnumerat, qui certos habent fundos & horum ratione terræ vel perſonalis ſervitii, adſtrictos eſſe ſtatuit. *conf. Ej Tr.* von Abfolgung der Bauers-Leute *ꝛc. quaſt. 1. P. 2.* nec tamen eos cum aliis pro ſervis habere, & alterutri ſpeciei tantum adſcribere audet. An vero rei ſatisfecerit, dubitandum, cum ejusmodi homines fundis ſæpe penitus deſtitutos, nihilo ſecius proprietatis conditione adfectos ſervire videamus.

§ X. Præter Perilluſtr. Dn. Thomaſ. in diſp. de Jure Stat. Imp. dandæ civit. *§. 23. & ſeqq.* eſſe eos non minus ac olim adhuc ſervos, ſtatuentis, qui tamen in *§. 17.* ipſe tria hominum genera facit, in eo omnes fere nobis adſcribunt, intermedium eſſe hominum genus inter liberos, quoad ſcil. ſtatum, & ſervos, quoad operas, *l. 14. & l. 23. §. 2. C. de agric. & cenſ. L. fin. C. eod.* quos libertis ſ. Libertinis, quia utrumque nomen in ſtatus conſideratione promiſcue in Jure ſumi teſtatur Calv. *Lex Jur. voce Libertini. p. 531.* adjungere haud vereor, ſuffultus & auctoritate Menochii *de A. J. quaſt. l. 2. Caſ. 230. n. 6. & 7.* ibique cit. DD. Sichardum *in L. Libertorum 11. n. 4. C. de teſtib.* Vigil. *ad §. ſed cum aliquis I. de teſt. ord. aliorumque DD.* ſed confirmatus maxime petitis ab effectu rationibus, quæ parem ſimilitudinem conſpiciendam præbent.

§. XI. Ex comparatione planam comparatorum oriri probationem liquet; in quo ad Praxin quotidianam optimam provoco Magiſtram, 1.) oſtendentem, a Libertis & Patronis ad modernos homines proprios communem DD. Scholam frequenter argumentari Jacobin. de S. Georg. *Tr. de homag. §. 2. n. 25.* quod juris patronatus

natus collatio illustrat. Tum 2.) rationis identitatem habent operæ, cum libertorum debitis præstationibus. Manz. *Quæst. Pal.* 23. *n.* 7. indeque ad operas rusticas hæc juste adplicantur. Brunn. *ad l.* 1. *C. de oper. Libert. n.* 5. Balthas. *de oper subd. C.* 3. *p.* 37. Erhard. *de op. rustic. concl.* 6. *lit. A.* quorsum & tit. ff. de operis libertorum, cum eo, qui est in Codice extendi DD. adsensu statuit Dn. Schüz. *in Comp. Lauterb. d. t. p. m.* 541. lateque deducit Dn. Lauterb. *in C. Th. Pr. tit. de oper. libert.* Ex quo 3.) proficiscitur ob manumissionem factam præstatio des Mann-Rechts / Abtrag der Leib-Eigenschafft / pro consequendis literis affrancamentis dictis, Abschied/Laß-Brieffe / cujus quantitas ad variantes locorum mores pendenda est, conf. Malcomes. *in Comm. ad ff. tit. de Stat. hom.* Philipp. *in Vs. pract. Inst. l.* 1. *Ecclog.* 28. 29. Tanta est libertatis æstimatio & grande ejus beneficium, ut multa ob id sint licita, quæ alias minime permitterentur. Licet 4.) Patronus de Libertorum bonis nullum inter vivos Jus habeat, uti ex supradictis & auctoribus citatis constabit, in hominibus tamen propriis quarundam regionum consuetudines & jura aliud tenere, quæ multum in omnibus circa hoc obtinentibus respiciendum existimo. Mev. *ad l. Lub. l.* 1. *tit.* 4. *art.* 2. *n.* 22. Quidni ergo 5.) hominem proprium in paupertate viventem & alimentorum defectu laborantem Dominus æque alere teneatur, ac Patrono id olim incumberet erga libertum egenum? qui, hoc non faciens, amittebat libertatis causa imposita, atque hereditatis petitione privabatur. *l.* 6. *ff. de agn. & al. lib.* ex argumento a successione ad alimentorum præstationem petito. *l.* 75. *§.* 1. *de Jur. Dot.* Merentur verba idem statuentis Kelleri *tit.* 27. *n.* 6. ut hic notentur: **Sonsten wäre nicht unbillich / da die Leib-Herren ihre Hagstelzen / d. i. die Leibeigene / so unter 40. oder 50. Jahren / unverheurathet sterben / wollen erben / da sie etwas verlassen / daß sie dargegen ihre arme Leibeigene mit Nahrung unterhalten.**

§. XII. Accedit in morte Parificatio, quemadmodum enim Patronus defuncto liberto ex præscripto *in tit. ff. de success. Libert. & tit. ff. de bon. libert.* ibique a Commentatioribus adsignato modo succe-

ſuccedebat : ita Dominos etiam propriis ſuis hominibus non quidem ubique ſuccedere, ſed in provinciis, a Menoch. *de A. I. quæſt. Caſ.* 230. *n.* 6. aliisque relatis, docemur. Quod proficuum & imitabile commodum multas Germaniæ provincias aut ſingulares ditiones in caſu inteſtati ſervare, ſi nulli hominibus propriis extent legitimi heredes, DDrum præjudiciis firmant Mynſing. *c.* 2. *obſ.* 23. Georg. Everhard. *V.* 2. *conſ.* 34. *n.* 74. Keller. *tit.* 27. *n.* 3. *ibi* : **Daß die Herren ihre leibeigene Leute erben.** Brunn. *ad l.* 1. *n.* 4 *de bon. Libert. ibique cit.* Manz. *Quæſt. Pal.* 23. *n.* 1. & ordinatum legimus **im Würtenbergiſ. Land-Recht** *P.* 4. *tit.* 3. 4. 5. 6. *&* 7. Cuius effectus nomine, *ex l.* 1. *& pen. C. de bon. vacant.* æquitate, alibi bonorum vacantium occupatio venit, **die heimfallende** vacante **Güter**; de qua juſte facienda per ſpecialem ordinationem in pagis Ganerbinatui caſtri Fridbergenſis ſubditis ideo cautum eſſe puto, ne cum ſuperſtitum injuria Domini regionis locupletari videantur. Extra hanc ſucceſſionis cauſam in quolibet defungentis caſu Jus Mortuarii viget, & Domini ex hominum propriorum hereditate ἐξαίρετον ſeu præcipuum ſibi ſumunt. **Das Beſt-Haubt / Haubt-Recht / Gewandt-Fall /** quaſi veſtimenti captio, hujus enim originem ſi ſpectes, affinitatem cum liberti præſtatione habere contendit Manz. *Qu. Pal.* 23. *n.* 7. Quod tamen Mortuarium **die Theidung des Beſt-Haubts** / non in omnibus regionibus ex eodem more præſtatur, ſed ad diverſas locorum obſervantias reſpiciendum eſt, cum in aliis, vel plane non, ut de Caſtri Fridbergenſis regione ſupra §. 7. dictum vel modica vel duriori exactione petatur.

§. XIII. Supereſt ut Juris remedia adjiciam; parum enim eſt, Jus intermedii noſſe, ſi actiones ad illud perſequendum ignorentur. Quæ ut de omni controuerſiarum vindicatione notum, cum duplicis generis, poſſeſſorii nimirum & petiorii ſint *§.* 3. *J. de Interd. L.* 24. *ff. de Rei Vind.* quorum illud ſummariiſſimum aliud, ſeu extraordinarium, etiam Momentaneum dictum. Struv. *Exerc.* 9. *th.* 62. *& Ex.* 45. *th.* 172. aliud ordinarium ſeu plenarium ; in utroque autem quomodo procedi ſoleat, adeatur Gail. *L.* 1. *Obſ.* 7. Brunn. *Proc. Civ. cap.* 1. *n.* 16. *ſeq.* Frid. Mind. *de Interd. Comm.* 26. *n.* 71.

Roding.

Roding. *Pand. Cam. L.* 1. *Tit.* 9. *§.* 18. *seqq.* Blum. *Pr. Cam. Tit.* 31. *n.* 10. *seqq.* Schilter. *Ex. ad ff.* 13. *§.* 5. *seqq.* Ita in servitutis & operarum conservandarum retentione summariissimum tunc instituitur, Lynck. *Dec.* 444. Engelbr. *de oper. rust. th.* 91. *in fin.* si homines proprii sunt refractarii & inobedientes, ut per arresta, carcerationes atque pignorationes in ordinem redigantur. arg. *L.* 6. *§.* 1. *ff. de pœn.* Gail. *L.* 1. *Obs.* 17. *n.* 8. Idem *de Arr. Imp. cap.* 10. Casp. Ziegl. *ad aur. Prax. Nic. Calv. §. nobilis. n.* 104. Sixtin. *de Regal. L.* 2. *c.* 13. *n.* 65. quod de Lassis s. hominibus propr. obedientiam denegantibus expresse statuit Hahn. ad Wesenb. *tit. de stat. hom. n.* 2. *&* 5. cum præjudicio firmat idem *ad tit. de Liber. caus.* Struv. *Ex.* 49. *th.* 16. per Auth. *ad hoc C. de lat. Libert. toll. & L. un. C. de colon. Illyr. t. t. C. de emendat serv.* Adeo, ut quidam privatis Dominis, Jurisdictione alias destitutis, *L.* 3. *ff. de off. præs.* domesticam hanc, qualem Brunn. ad *L. fin. n.* 3. *C. an serv. pro suo fact.* vocat, licentiam tribuant, ut proprios suos homines ad operas, absque metu criminis sibi arrogatorum Jurisdictionalium alias prohibitorum coercere possint. Tutius tamen faciunt, in delicata hac materia ordinarii Magistratus officium implorare, maxime si is difficilioris esset animi, cum sua cuique servanda Jurisdictio, ne inde fiat confusio. Can. *pervenit Caus.* 11. *Qu.* 1. Rosenth. *de feud. C.* 5. *concl.* 5. *n.* 4.

§. XIV. Ad manutenendam autem quasi possessionem operarum percipiendarum tanquam rei incorporalis, utimur *Interdicto uti possidetis utili* ex *L. fin. ff. uti poss. L.* 3. §. 9. *eod. L. f. ff. de servit. L.* 8. *§.* 5. *in fin. si serv. vind.* Carpzov. *L.* 2. *c.* 7. *D.* 11. Mev. *P.* 6. *D.* 173. quippe directum ad res corporales immobiles saltem est instructum. add. *Cap. querelam X. de Elect. & El. pot.* Struv. *Ex.* 45. *th.* 118. *C. J. A. tit. uti poss. th.* 6. modo probari possint actus juniores & præsentanei de operis novissime præstitis, quo reflectit O. Cam. *P.* 2. *T.* 15. antiquiores enim id non operantur. Frider. *de process. L.* 1. *c.* 45. Mev. *P.* 3. *Dec.* 91. hinc fluit, heredes defuncti turbati eo haud gaudere, Lauterb. *C. Pr. tit. uti poss. th.* 7. Struv. *Ex.* 45. *th.* 118. quamdiu in actuali possessione nondum

fuerit, quia poſſeſſio tanquam perſonale quid in heredes non tranſit, ſed inſiſtentia per mortem, quæ omnia perſonalia tollit, ceſſat. *L.* 23. *de A. l. Am. P. L.* 12. *§. fin. ad exhib.* nec contra denegantis heredes, ex eadem ratione competit, niſi ex turbatione locupletior factus fuerit. *L.* 12. *§ f. ad exh.* Clud. *in ſyll. rer. quot. C.* 8. *Sect.* 3. *n.* 73. Schoepf. *in Jpr. tit. uti poſſ. n.* 10. ad ſe manutenendum, & adverſarium cum damnorum & intereſſe reparatione ab ulteriori denegatione dehortandum. *L.* 1. *§.* 4. *L.* 3. *§. fin. ff. & L. un. C. uti poſſ.* Cautione inſuper de non amplius turbando præſtita, quam in ſervitutibus admittunt *L.* 7. *ff. de aqu. quot. & æſt. L.* 7. *&* 12. *ff. ſi ſerv. vind. L. un. C. uti poſſ.* ubi ad diſſentientium opinionem conferatur Struv. *Ex.* 45. *th.* 121. ibique Muller. *in not. lit. e.* Præjudiciis vero id illuſtrantem conſulas Dn. de Lyncker. in Anal. ad Struv. *d. l.* conf. Gail. *L.* 1. *O.* 116. ut deſuper imploretur pro Mandatis S. C. Inhibitoriis & reſpective reſtitutoriis, qualia decreta vid. ap. de Lyncker *de Grav. Ex. C.* 8. §. 11. *n.* 4. Gail. 1. *O.* 17. *n.* 4. *& lib.* 1. *de P. P. c.* 2. *n.* 22.

§. XV. Ob plane everſam quaſi poſſeſſionem, ſuppeditamus *utile Interd. undevi*, velut pro recuperanda jurium quaſi poſſeſſione generaliter conceptum. *L.* 3. *§.* 15. *& L.* 9. *§.* 1. *ff. de vi & vi arm.* Menoch. *de recup. poſſ. rem. n.* 81. nec non quod fere vulgariſſimum *ex Can. redintegranda C.* 3. *Qu.* 1. pariter ex generali omnibus ſpoliatis conceſſo remedio *Cap.* 10. *X. de reſt. ſpol.* experiri licet, ex quo Mandata S. C. decerni Praxis habet. *Ord. Cam. P.* 3. *tit.* 23. Gail. *L.* 1. *O.* 13. Ob eam, quam cum Interdictis uti poſſid. nectit affinitatem, concedunt etiam *actionem in factum*, ad idem competentem, quandoque in eo pinguiorem, quod ad heredes tranſeat. *L.* 3. *§.* 2. *& ſeqq. ff. uti poſſ.* Bachov. ad *Tr. V.* 2. *Diſp.* 25. *lit. A. verb. ſicut nec heredem*, ex ratione Brunn. ad *L. un. C. uti poſſ. n.* 12. Lauterb. *C. Th. Pr. tit. uti poſſ. th.* 2. In caſu vero ſi homines proprii ſe ſubtrahunt, ſolumque vertunt, *per Condit. ex L.* 14. *C. de Agric. & cenſ.* reclamantur.

§. XVI. Quod si odiosum servitutis jugum tot juvetur auxiliis possessionem defendentibus, optimo maximo jure Prætor sub nimia operarum mole gementibus succurrit, ob magnum libertatis favorem, ejusque thesaurum inæstimabilem. *L.* 122. *ff. de Reg. Jur.* Adeo, ut, propter correlativum inter utrosque respectum, iisdem tueantur libertatis possessionem mediis, quibus Dominos eam defendere ante exposuimus, uti de Interd. uti possid. testatur Menoch. *de ret. poss. rem.* 3. *n.* 122. Gylm. de Cameræ Imp. observantia testans in *Tr. rer. judic. l.* 2. *dec.* 3. *n.* 5. eo plane modo, quem supra exhibuimus. Sixtin. *de regal. l.* 3. *c.* 13. *n* 53. Et vel per actionem spolii, moderatis tantum utantur verbis, vel ejus exceptionem illicito Dominorum rigori se opponunt, per *L.* 6. *C. unde vi. cap.* 7. *X. de rest. spol.* Perill. Dn. de Berger. *P.* 1. *Resol.* 206. Mihi quidem, quum in rusticos inspicio, sæpissime illa in mentem veniunt: Rustica gens est optima flens, sed pessima gaudens; attamen ad implorationem officii Judicis superioris adversus servitiorum abusus Consilium Imp. Aul. & Cameram Imp. Visitatores seu Commissarios petitos impertiri adfirmat L. B. & Consiliar. Imp. Aul. de Lyncker. *in aureo tract. de Gr. Ex. cap.* 9. *P.* 2. *§.* 2. *n.* 9. *p. m.* 779. Gail. *l.* 1. *obs.* 17. *n.* 3. Mynf. *cent.* 5. *obs.* 8. Prius ad hoc requisitis Literis informatoriis, **Schreiben um Bericht**/ Ord. Cam. *P.* 2. *tit.* 23. 24. R. I. 1594. *§.* **So soll auch fünftens**. 79. R. I. noviss *§.* 105. Capit. Caroli VI. *art.* 19. quibus tacitam, imo & interdum expressam inesse Inhibitionem, præjudicio adplaudit, in causa **Br.** contra **Cöln** / Dn. de Lyncker. *cit. tr. cap.* 8. *§.* 11. *n.* 5. Ex quarum dijudicatione deinde pro querelarum veritate Mandata decernuntur. Mynf. *cit. loc.* Mindan. *de processs. l.* 2. *c.* 13. *n.* 4. *seqq.* His frustra tentatis ad Bannum usque proceditur, & Domini Jurisdictione privantur, Gail. *de P. P. l.* 2. *c.* 12. *n.* 3. aut servato defensionis moderamine gravantibus resistere permittitur. *L.* 1. *C. unde vi. L.* 5. *C. de Jur. fisc.* Wesenb. 2. *Cons.* 100. *n.* 16. Struv. *Ex.* 42. *th.* 23.

§. XVII. Tanta est possidentium beatitudo, qua nec injustus facile privandus, quia titulum suum edere non cogitur. Petitorium itaque introeat judicium is, qui fundatam petendi intentionem

habere

habere credit; & quidem Dominus proprietatis nexum in ſubditos ſibi adſerens, contra negantes *Actione præjudiciali* cum *affirmatoria ſeu confeſſoria utili* concurrente experiatur, atque evincat, ſubditos eſſe homines proprios & adſcriptitiæ qualitati obnoxios, qua utrinque agitata, de ſtatu moto ſi extiterit, judicabitur, ut Rei juxta actionis confeſſoriæ utilis naturam pro hominibus propriis pronuncientur, & ad operas exactas condemnentur. *L.* 18. *C. de Agric. & Cenſ. L.* 1. *C. de præd. Tamiac.* conf. Struv. *Ex.* 46. *th.* 68. Subditis contra de libertate contendentibus *Negatoriam utilem* concedimus, in qua pro Actorum evidentia & probatione facta, abſoluto ſimul Status præjudicio, vel liberi vel proprii in ſententia pronunciantur. Vinn. *ad* §. 13. *n.* 4. ibi: *an liber an libertus ſit. I. de Act. L.* 14. *ff. de probat. L.* 1. §. 7. *ff. de lib. hom. exhib.*

§. XVIII. Si inter juris objecta collocantur homines proprii, & ſub Rei denominatione comprehenduntur, *L.* 1. *ff. de Rei Vind. & L.* 54. *ff. de Verb. Obl.* tunc omnes Juris realis effectus requirunt, *L.* 23. *ff. de R. V.* & a quovis tertio poſſeſſore ejusque herede per *Rei Vindicationem* cum omni cauſa repetuntur, *L.* 23. *C. de agric. L. un. C. de colon. Palæſt.* §. 35. *ibique DD. I. de R. D. L.* 2. *C. de R. V.* Struv. *Ex.* 11. *th.* 21. ad hominem non tantum proprium reſtituendum, ſed & ad bona a tali defuncto relicta pro regionis more ad Dominum ejusque heredem revertentia, perſequenda. Ant. Fab. *in Cod. Sab. lib.* 7. *tit.* 1. *def.* 23. Ern. Cothm. *vol.* 1. *reſp.* 40. *n.* 26. *& DD. ad pr. I. quib. non eſt perm. fac. teſt.* aut ad quodlibet aliud particulare emolumentum Mortuarii, aut rei ſingularis inde præſtandum. Et quis Rei vindicationem hominibus propriis eorumque heredibus contra denegabit, ad indebite exactum a Domino ejusque ſucceſſoribus & quocunque alio poſſeſſore cum omni cauſa vindicandum. Pinguiorem tamen exiſtimo conditionem ex *L.* 1. *C. in quib. cauſ. col. Dom. poſſ.* ad quam vid. Brunnem. Balthaſar. *de oper. ſubdit. c.* 18.

§. XIX. Actionem *ex Stipulatu* uterque ſtipulantium intentabunt, ſi vel operarum præſtatio, vel libertas per ſtipulationem ſibi invicem ſpoſponderint; *L.* 136. §. 1. *ff. de V. O.* §. *fin. I. de ſervit.* vel *Condictione ex moribus*, ut idem ex longa obſer-

vantia

vantia & uſu inductum uterque faciat, *L.* 31. §. 20. *ff. de Ædil. Ed.* L. B. de Lynck. *de Gr. Ex. cap.* 4. §. 4. *n.* 12. Privilegiis autem ab una alterave parte per adgravationem vel injuſtam denegationem læſis, *Condictione ex privilegio* adverſus contravenientem ejusque heredes agatur, ad non contraveniendum privilegio cum reparatione damni & Intereſſe deſuperque idonee cavendo. Lynck. *Reſp.* 75.

§. XX. Subditis porro largiuntur DD. *actionem* quoque *injuriarum* adverſus Dominos, verbalibus & realibus injuriis ad indebitam operarum præſtationem eos cogentes. per *L.* 32. *de injur.* cum qua *utilis L. Aquil.* concurrit, ad damnum illatum cum omni Intereſſe reſarciendum. Sic ab Auguſtiſſima Camera Imp. citatio ſuper injuriis, damnoque decreta in Sachen Gemeinde Aubingen contra Hohenzollern Hechingen den 6. *Jan.* 1700. conf. Carpz. *L.* 1. *Reſp.* 53. *n.* 1. & ſæpe laudatus Dn. de Lyncker. in *Gr. Ex. cap.* 9. *P.* 2. *ʃ.* 70. *n.* 8.

§. XXI. Non obliviſcendum eſt famoſiſſimæ *Citationis ex L. Diffam.* Nam licet hodie ſit remedium generale, qnod ad quasvis gloriationes ſive diffamationes extenditur, *Ord. Cam. P.* 2. *T.* 25. adeoque ex Praxi in poſſeſſoriis & petitoriis obtineat. ix. Brunnem. ad *d. L. n.* 1. cujus vero jam non eſt noſtra judicatio. Verba tamen Legis ad declinandam præcipue ingenuorum ſtatus diffamationem fuere concepta, ſane ob libertatem diffamatam, & quamlibet operarum inanem jactationem Dominum merito provocabunt, ut intra certum præfixum terminum Jus prætenſum ſub comminatione perpetui ſilentii deducat. conf. Dd. ad *L.* 5. *C. de Ingen. Man.*

§. XXII. Quid, ſi non ipſe Dominus, ſed alius tertius diffamaverit, hos homines eſſe Titii proprios, atque operis præſtandis obnoxios, & diffamationis ſuæ cauſam prætenderit, utrum ex L. Diff. citari poterit? Vtique, tum ex hujus conſtitutionis generalitate, tum ob cauſam ſtatus & exiſtimationis, quæ contra omnem lædentem omnino defendenda eſt, Gail. *L.* 1. *O.* 10. *n.* 1. 2. Roding. *ff. Cam. l.* 1. *tit.* 14. *ʃ.* 10. tum, quod diffamati in poſſeſſione vel

D quaſi

quasi Libertatis suæ per eam diffamationem turbentur & Dominus, si diffamati taceant, ad servitia eos adigere postea conabitur. Magenhorst. ad *P.2. Ord. Cam. tit.25. qualem Citationem in causa* Maintz contra Sachsen *decretam* scribit Dn. de Lynck. *c. l.* §. 43. *n.* 18. Alia adhuc profutura remedia, pro diversis rerum circumstantiis, prudenter eruere, & suppeditata reperire licebit. ap. Ritter. *de Homag. cap.* 9. *concl.* 220. *&* *c.* 7. *concl.* 140.

MEMBRVM II.

De Jure intermedii in Statu Civitatis.

§. I.

Monitu superfluum est, *Civitatis* vocem non locum sive oppidum eine Stadt / & complexum ædificiorum muris circumdatum hic denotare, quo sensu sæpius abusive, rectius urbs dicitur. *l.* 2. *ff de V. S.* Sed Politico simulque sensu juridico venire, quo civium communionem, unitatem sive multitudinem, die Bürgerschafft / in hoc collectam & consociatam comprehendit, ut jure & vinculo societatis colligata vivat optimo. *l.* 2. *ff. de O. J. Boecl. in Inst. Pol. lib.* I. *cap.* 6. quorsum ap. Cicer. phrases obviæ spectant, *in civitatem recipere*, *civitatem impertire*, *civitate ejicere*, & aliæ: Sicque vicis opponuntur seu rusticis habitationibus denen Flecken/ Dörfern / Weilern / ex quibus postea incrementis factis civitates ortæ : Wenn einem Ort das Stadt-Recht oder Marckt-Recht gegeben / sive ein Ort mit Weichbild begnadiget / und zur Stadt aufgerichtet worden. Quod Spiritum & vitam dare vocant Bruning. *Diss. de Var. Univers. spec.* §. 13. Zahn. *Ichnogr. Municip. cap.* 2. *n.* 11. Clapmar. *Arcanor. Rerumpbl. l.* 1. *cap.* 21.

§. II. Justam me igitur seriem ad Civitatis intermedia ducere, non Pandectarum modo aliique Juris Commentatores jubent: sed eo magis commoveor, quod homines nostros proprios libertis adnumeraverim. Jam si Germanicarum urbium primam spectemus originem, innumera libertorum copia hoc urbium erigendarum studium indubitate auxisse, quæ post An. Christi 990. mire succrevit, omnibus pene servis per universam Germaniam ex pietatis fervore eman-

emancipatis. *Quibus*, ſunt verba Conringii, *cum proprii agri nihil, adeoque ruri quidem non niſi duriſſimo ſervitio victus poterat parari, cum in urbibus per officia aliaque miniſteria facilior eſſet vitæ tolerandæ ratio, quin & ad divitias pateret aditus, plerique illorum agris relictis urbes incolere coeperunt. Unde urbibus magna acceſſit incolarum frequentia.* in Diſſert. de Urb. Germ. *th.* 81. Neque Lehmanni ſententiæ in totum adſtipulor, *quod urbes Germanorum primitus ſaltem a libertis fuerint habitatæ*, cui, de hoc certi quid ſtatuere, aqua hærebat, *in l.* 2. *Chron. Spir. cap.* 20. *de urbibus ita* ſcribens: **Ferner iſt zu wiſſen / daß diejenige / ſo der Leib-Eigenſchafft und Dienſtbarkeit ledig geſprochen / erſtlich hierdurch zu dieſer Freyheit kommen / daß ſie in den Reichs-Städten zu Inwohnern / NB. doch nicht zu Bürgern / angenommen worden / da zu keines / der eines andern Herrn Leibeigener / gereichen / und der gemeinen Recht der Freyen fähig werden können.** Adeoque urbes ac vicos minime à puris libertis habitatos, ſed cum aliis ingenuis intermixtim receptos fides hiſtorica recenſet: Licet juxta ſtare bene poſſit, ſolos quoque libertos urbes ſibi ob nimiam ſuorum auctam copiam extruxiſſe atque incoluiſſe.

§. III. Illuſtrationis gratia his ita præmiſſis, ad ipſa civitatis intermedia progredior, ubi, cum dixerim, libertos in urbes licet receptos, non tamen civium ingenuorum prærogativis gaviſſos eſſe, ſequitur, eos incolas tantum fuiſſe. Nam antequam in civem quis adſumitur, & jus civitatis accipit, forenſis ſeu extraneus dicitur *l.* 7. *C. de Incol.* qui honores & munera nulla ſubit *l.* 6. *§.* 5. *l.* 18. *§.* 21. *ff. de Mun. & hon.* quibus utrisque *Incolæ* contradiſtinguuntur, **die Beyſaſſen / Hinterſaſſen / Bey- und Inwohner / die den Beyſitz haben** / alibi **Glademer** de quibus *t. t. C. de Incol. & ff. ad municip.* ibique DD. Beſold. *Theſ. Pr.* **Beyſaſſen** / Gail. 2. *O.* 22. Hi neque cives ſunt proprie tales, ſed minus pleni tantum, neque forenſes, pars quippe civitatis habentur, & de aliquibus ejus juribus participant. Unde intermedium inter utrosque conſtituunt, & deſcribuntur, quod ſint, qui in civitate domicilium ſibi ſumſerunt, animo ibi perpetuo commorandi, retenta ſimul libertate ei renuncian-

di & mutandi. *C. J. A. tit. ad municip. §.* 9. Gail. 2. *O.* 35. 35. *n.* 9. Brunn. *ad l. n.* 4. *C. de incol.*

§. IV. Qui terminos non diſtinguit ambiguo nominis ſono facile decipietur. Incolarum igitur acceptionem ad generalem refero & ſpecialem; ſub illa omnes urbis habitatores cujuscunque fuerint generis comprehendo, quo ſignificatu vero mihi pro objecto non ſunt. Quamvis Knipſchild. *de Jur. & Priv. Civ. Imp. l.* 2. *C.* 29. *n.* 78. incolas tam late ſumere ex adjectis ſynonymis videatur, dum advenas eos & forenſes vocat, ſed quam recte inde colligas; quia non omnis advena ſive forenſis, in loco domicilians, de juribus ſtatim participat, nec ad civilia negotia concurrit, aut ad civiles conventus admittitur, quibus incolæ licite interſunt. Interim concedo, advenas ſive forenſes cauſam eſſe προκαταρκτικὴν ſeu exterius moventem, quæ domicilio firmiter electo & animo declarato incolas facit, ut pro civitatis more vel ſtatuto adigantur, intra certum commorationis tempus vel civitatem ſubintrare, vel incolatum eligere. Exinde Cellarii error erit illuſtrandus, qui incolas πάροικυς, ſive σύνοικυς pro reipublicæ parte non habens, generales illos intelligit, ex *L.* 239. *§.* 4. *ff. de V. S.* qui ad ſubeunda munera & honores *L.* 3. *C. de Inc.* non adſtringuntur.

§. V. Speciales vero Incolæ, uti *l.* 4. *C. d. t.* hanc diſtinctionem optime exprimit, mihi intermedium ſunt, civium qualitati proxime accedens, at in quibusdam in peregrinorum partes degenerans. Siquidem una cum civibus univerſitate continentur *l.* 27. *ff. de fidejuſſ.* & municipum tanquam generis nomine cum civibus, ut ſpecie, veniunt. Brunn. *ad l.* 1. *ff. ad munic. gloſſ. ad l.* 7. *C. de Inc.* imo quoad ſubjectionem, jura, privilegia ac Reipublicæ munera nulla inter hos aut exigua verſatur differentia. *l.* 20. *ff. ad municip. l.* 5. 6. *&* 7. *C. de inc. Alex. Vol.* 2. *conſ.* 142. Köppen. *Dec.* 31. *n.* 22. Gail. 2. *O.* 35. Zahn. *de jure munic. cap.* 85. Unde incolæ etiam dicuntur cives in *l.* 22. *§.* 2. *ad munic.* & cives adſcititii a Hahn. *ad tit. ff. ad munic.* ad quos bona civitatis pariter pertinent, ejusque rebus communibus fruuntur, fiunt enim ſubditi ejus loci *cap. licet X. de for. comp.* qui obnoxii ſunt iis Magiſtratibus, Sta-

tutis, consuetudinibus, & oneribus. Gail. 2. *O.* 35. *n.* 4. *seq.* quorsum spectant commerciorum, connubiorum, successionum, aliorumque similium jurium communio, tutelarum item & curarum delationes. *C. I. A. tic. ad munic. th.* 9. Lauterb. *C. Pr. eod. th.* 14. *ubi simul l.* 3. *C. de incol. exponit.*

§. VI. Ex his itaque constat, quale sit inter cives, incolas & forenses discrimen servandum. Illi enim exprimunt jus civitatis ex more cujusque loci vel nati vel recepti. Incolas vero dicimus, qui firmum in civitate habent domicilium *l.* 239. *§.* 2. *de V. S. l.* 5. *C. de incol.* sed proprie cives non sunt, & jure civitatis non coruscant, quos *l.* 7. *C. d. t.* bene a se invicem separat; nec juris suffragiorum & honorum participes esse statuit ex *L.* 29. *ff. ad munic.* Lauterbach. *Coll. Pr. d. l.* Et quemadmodum mores, usus ac observantia juri scripto aliquando derogant, si post legem constitutam inducuntur. Reinck. *de R. S. & Eccl. l.* 1. *Cl.* 4. *cap.* 19. *n.* 42. Ita ex locorum etiam moribus usuque recepto differentias discere oportet, cum teste Mev. *P.* 2. *Dec.* 160. inter civem & incolam hodie in Germania nulla fere servetur differentia, nisi expresse reservata differentia, conventa ac constituta. Ad quas consuetudines & statuta in determinando maxime incolatus tempore provocat *Idem ad Jus Lub. P.* 1. *tit.* 2. *ad pr. num.* 67. *& art.* 2. *num.* 1. Gail. *lib.* 2. *Observ.* 35. *num.* 9.

§. VII. Hinc de eo inter DD. controvertitur: Vtrum incolæ suffragiorum & honorum publicorum habiles censeantur? Sunt, qui juxta §. præced. negant. Sunt contra, qui affirmant, ut Schwendendorf. *ad tit. ff. ad municip.* motus per *L.* 29. *L.* 33. *&* 34. *pr. d. tit. L.* 1. *C. de Munic.* eo quod & origo & domicilium munerum faciant aliquem capacem, *L.* 6. *C. de inc.* C. J. A. *tit. ad Munic. th.* 9. &, si incola inde dicitur, quasi valde colat & honoret civitatem, in quam se contulit, Wesenbec. *vol.* 1. *cons.* 40. *n.* 19. quidni æquum sit, ut par pari referendo publicis honoribus dignus deputetur. Accedit, quod tales civium privilegiis gaudeant, Bart. *in tr. de repressal. in l. qu.* 5. *pr.* Paul. de Castro *in L.* 9. *ff. de J. & J.* & beneficia civibus concessa illis similiter competant, per ea,

quæ tradit Gail. 2. *O.* 35. *n.* 6. Si ergo ad ſingularia & Lege plane excepta uſus ipſis patet, multo magis ad ordinaria munera & honores conſuetos, quorum in Jure fieri ſolet conjunctio & par ob identitatis rationem diſpoſitio, merito admittuntur, ut de Decurionatu, ad quem eliguntur, videſis Lauterb. *Coll. pr. tit. de Decur. th.* 14. Alii diſtinguendo litem dirimunt, inter quos eſt Müller. *ad Struv. Exerc.* 50. *th.* 52. *lit.* ε. omiſſis aliis rationibus, quas pro affirmativa ceteroquin adferunt.

§. VIII. Ego, neutrius caſtra ſecutus, lubens concedo, licitum omnino eſſe civibus & ambiendi iisque conferendi officii modum, quem Cicero, eloquentiæ Rom. pater, & in adminiſtrandæ Reipubl. ſcientia peritiſſimus, licet infeliciſſimus, Politicus, *in orat. contra Saluſt.* probat; dum quis precibus, obſervantia, atque acceptis pro Republ. vulneribus operam ſuam ei offert, judiciumque de ſe faciendum populo permittit. Cum quo Tacit. *l. XI. Ann. c.* 22. conſentit: *Apud Majores*, ſcribens, *virtutis id præmium fuerat, cunctisque civium, ſi bonis artibus fiderent, licitum petere Magiſtratus.* Imo Lege divina ex fratrum numero quidam eligendus erat. *Deut.* 17. *v.* 15. Cum quibus Statuta Civitatenſia, inprimis quæ in Imperii Civitatibus vigent, plerumque concordant, & ex longo uſu indigenatum introducunt. Qui igitur, ut antiquior, eſt reſpiciendus, ſi nemo niſi originarius civis ad publici conſilii vel officii accenſum evehatur, conſentiente Gail. *L.* 2. *O.* 35. *n.* 6. de qua re Lipſ. *III. Pol.* 4. & 5. aliique Politici graviter loquuntur ap. Althuſ. *Polit. cap.* 7.

§. IX. Extra hunc receptum morem in deferendis officiis publicis, quæ viri potius habilitatem & probatam ſatis ſtudiorum exercitationem, quam nativum requirunt ſolum, veluti ſi Syndici, Rerumpublicarum Conſiliarii, Archigrammatei, Poligraphi, & alii ſimiles officiales eligendi veniunt, omnis tunc originis favor abſit, ceſſent fraudes, largitiones, &, ut Knipſchild. vocat, nundinationes, *de Jur. & privil. Civ. l.* 2. *c.* 8. *n.* 31. ſuffragiorum emtiones, Ant. Matthæi *ad lib.* 48. *ff. tit.* 11. *n.* 1. Ziegl. *in Dicaſt. ſ. de Off. Jud. concl.* 7. §. 1. & ad incolam magis, imo plane peregrinum, debitis quali-

qualitatibus præditum, eligendo reflectatur, quod Anchisæ patri privato & extero contigisse, apud poëtam est:

Sume, pater, nam te voluit Rex magnus Olympi
Talibus auspiciis exsortem *ducere honorem.*

Ex rationibus non solum, quia hi tales lingua, aures & oculi civitatis nuncupantur, & quod sermo est singulis, *L.* 7. §. 2. *ff. de supell. leg.* id hi civitatibus sunt. arg. *L.* 1. §. 1. *in fin. quod cujusque univ.* sane sensibus moralibus non carento, quibus aliis præeundo viam monstrare debent. Knipsch. *c. tr. l.* 2. *c.* 2. *n.* 114 *& l.* 5. *c.* 4. *n.* 18. sed Reipubl. interiorem quoque structuram id interdum postulare, ad evitandas per familiarum factionum turbas & civibus damnosas antimachias, ex Melch. Jun. *l.* 1. *Pol. qu.* 15. suadet Knipsch. *c. l.*

§. X. Ad illicitum hunc cohibendum modum, si Reipublicæ minus prospiciatur, habent cives, de quo summe conqueruntur, & non eligentes modo, sed electum etiam *Actione L. Jul. de Ambitu* persequuntur, suadente Mylero ab Ehrenb. *in Hyparchol. c.* 7. *th.* 35. *& seq.* auctoritate *Nov.* 8. *c.* 8. §. 1. *& Nov.* 161. *præf. & cap.* 2. secus dignus cum indigno pari casu regerentur, & damnosæ prensationes cum perpetuo boni publici incommodo impunitæ manerent. Siquidem malum consilium consultori pessimum, & mala electio eligenti imputatur, Magon. *Decis. Flor.* 151. *n.* 13. hinc damnorum illatorum periculum electoribus incumbit, *L. un. C. de peric. nom. L. un. C. de peric. eor. qui pro Magistr. interv. L.* 1. 2. *C. quo quis ord. conv.* Georg. de Cabedo *P.* 2. *Dec. Lusit.* qui *ex L. Aquil. conveniuntur. L* 29. §. 7. *ff. ad L. Aquil.* cum inducat culpam, *L.* 5. §. 1. *&* §. 2. 3. *l. eod.* Multo magis si eligendus ipse officium fugeret, & de eo suscipiendo ex virium deficientium diffidentia sibi timeat, per notabilem glossam ad Rubr. Cod. *quemadm. civ. mun. induc.* nonne hoc culpam damnosæ probationis clare argueret? Vbi de abdicatione officii ex mera cessatione muneris videri potest Mev. *P.* 5. *Dec.* 264. *P.* 7. *Dec.* 333. *& P.* 8. *Dec.* 461.

§. XI. Ab incolis advenæ, peregrini, exteri & forenses longe sunt distincti, qui statutis locorum oneribus qua realibus qua perso-

sona-

ſonalibus haud ſubjiciuntur, Mev. *P. 2. Dec.* 160. *n.* 2. *Idem ad. J. Lub. L.* 1. *T.* 2. *art.* 2. *n.* 24. ob quam loci ejus ſubjectionem neſciam peregrini germ. Ausländiſche ſ. Fremde/ audiunt. Cancell. Hert. *de Colliſ. Leg. Sect.* 4. *§.* 4. *p. m.* 171. *opp.* Enim vero juxta proverbium: Si fueris Romæ, Romano vivito more advenas durante ſua commoratione, Locorum Legibus obſtringi putes. Mev. *P.* 1. *Dec.* 175. *n.* 10. ideo velut ſubditi temporarii Schirms-Genoſſen/ Schirms-Verwandten conſiderantur; Id tamen ultra delicta ibi commiſſa non fore extendendum ipſe Mev. agnoſcit, quia locus delicti forum fundat per *L.* 3. *ff. de off. præſ. L.* 7. *§.* 4. *& L. fin. ff. de accuſat. L.* 41. *ff. de cuſt. reor. L.* 1. *& ſeq.* Auth. *qua in provincia C. ubi de crimin. C. fin. X. de for. comp.* Niſi forenſes ſpeciali gaudeant non evocationis privilegio, ad quod utique provocare, atque ut ad forum domicilii remittantur, petere poſſunt. *Vol.* 1. *Conſ. Marp.* 6. Carpz. *Dec. ill.* 31. *& L.* 2. *Reſp.* 29. Schilt. *ad ff. Exerc.* 13. *§.* 32. Hert. *de ſubject terr. §.* 9. *p. m. opp.* 383. Quali inſigni D. Imp. Rudolph. I. A. 1291. regiminis 18. cives quoque Fridbergenſes gratioſiſſime decoravit, ne ad duellum & extranea judicia extra civitatem provocentur. Ampliante Div. Imp. Carolo V. de Ao. 1533. cujus paſſum concernentem huc exſcribam: alſo/ daß nun hinführo Sie und Ihre Nachkommen/ Bürger/ Einwohner und Hinderſaſſen der Stadt Friedberg/ die jetzunder daſelbſt wohnen/ oder künfftiglich wohnen werden/ gemeinlich noch ſunderlich ymant/ wer der oder die/ und um was weltlichen Sachen das were/ es betreffe ahn Leib/ Ehr/ Schuld/ Haab und Gut/ nichts ausgenommen/ weder an unſer und des H. Reichs-Hof-Gericht zu Rotweil/ noch einig Weſtweliſch-Landt/ noch andere fremde Gericht/ wie die genandt/ oder wo die gelegen ſeyn/ nit fürgeheiſchen/ geladen/ daſelbſt beklagt/ noch ichts wider ſie/ Ihre Leibe/ Haab und Güetter/ gericht/ geacht/ geurtheilt/ oder procedirt werden ſolle/ in kein weiß/ ſondern wer zu ihnen ingemein oder ſunderheit/ oder Ihren Haab oder Güttern/ Spruch oder Forderunge zu haben vermeint/ wer der/ oder warum das wär/ daß der oder dieſelben das Recht für uns

oder

oder unsern oder Ihrem Keiserlichen und Konigl. Cammer-Gericht / oder Ihrem ordentlichen Richter / darunter sie gehörig und seßhafftig seynd / und sunst mindert anderstwo suchen oder nehmen / dahin sie auch ein jeder Richter aus der genandten Burgermeister und Rath der Stadt Friedberg erfordern zu recht weisen soll/ &c. &c. sub adjecta cassationis & nullius contraveniendo præjudicii comminatione & pœna 40. Marc. auri puri; Confirmantibus D. Impp. Rudolpho I. Ao. 1559. Rudolph. II. Ao. 1582. quæ typis exscripta reperiuntur, im sogenanten gründl. Bericht des H. Reichs Stadt Friedberg Standt / Regalien &c. si breviter, dem Stadt-Buch. *ao.* 1610. *edito Part.* 2. *Num.* 3. 50. 55. *&* 57.

§. XII. Recipiuntur in Incolas, tanquam de permissorum genere, omnes nec impediti, nec prohibiti, valido a Civis assumtione ad Incolam illato argumento; Idcirco impediuntur ob defectum naturæ ad contrahendum aut se obligandum invalidi, ut infantes, pupilli, licet tutorum auctoritate accedente, Franzk. *L.* 1. *Resol.* 16. *n.* 3. Perez. *ad tit. C. de incol.* furiosi, nisi in dilucido suo intervallo incolatum petierint, arg. *§.* 1. *J. quib. non est perm. fac. test.* Mente capti & alii quos vide ap. Struv. *Ex.* 9. *th.* 27. 28. *&* 29. Ad quos morbo comitiali s. epilepsia corruptos referimus, intervallata enim est mentis et sensuum cum læsione convulsio. Galen. 3 *Hippocrates in* 6. *Epidem. Sect.* 6. μεγάλην νόσον vocat. Qua in hominum cœtibus prostrati ad commercium humanum inepti fiunt. *L.* 13. *ff. de ædil. ed. L.* 1. *§.* 1. *ff. de aut. & cons. tut.* sed & alios morbosos aut contagione laborantes excludimus, arg. *L.* 13. *pr. ff. de act. emt. vend. C. resecandæ* 16. *Caus.* 24. *Qu.* 3. quæ cuique rei agendæ nocent. Cæpoll. *in Comment. ad tit. de ædil. ed. pag. m.* 41. *n.* 1. Cum receptio sit ad instar contractus utrinque obligatorii, qui incolam ad munera, civitatem vicissim ad defensionem & jurium communicationem obligat. Bartol. in *Tr. de Repressal. in* 5. *Qu. n.* 1. quicquid ergo facultatem contrahendi adimit, illud etiam receptioni impedimento est.

§. XIII. Prohibitarum autem personarum ordine veniunt 1) Infames. 2) Hæretici notorie tales. *l.* 2. *&* 4. *C. de hæret. &*

Man. Hi qui ſint dicendi, meum non eſt definire, quoniam criminoſorum inſtar ſunt, Reipublicæ conſortio vitentur, ſed cupidum Lectorem ad Perill. Dn. Thomaſium in *Problem. Jurid. An hæreſis ſit crimen*, *Ejusque Diſput. de jure principis circa hæreticos* ablego. Sufficit, me ſub his omnes in Receſſ. Imp. ab Legum communione expreſſe excluſos atque Imperii Germanici protectione exemtos comprehendere. Salvis utique ſtatuum Imperii Regalibus ac Superioritate Territorii circa Tolerantiam quietam, de qua Dn. Auguſtus Hoffmann. *in lib.* 1. *conſil.* 1. 3) Banniti, qui a nemine niſi eatenus privilegiato recipiendi. Gail. de *P. P. l.* 2. *cap.* 10. *n.* 4. ſed horum receptatores pari cum iis pœna plectuntur, & omnibus juris communis beneficiis privantur. Ord. Cam. *P.* 2. *tit.* 9. *§.* So jemands *&c. cum tit.* 10. *&* 12. Blum. *Proc. Cam. tit.* 29. *n.* 82. *&* 83. ideo quod eos recipiendo in LL. Imp. fundamentales impingatur. v. *R. I. de Ao.* 1495. *tit.* Friedbrecher / ibi: und ſolche Thäter nicht zu hauſſen. Item Erklärung des Land-Friedens zu Augſpurg. *de Ao.* 1530. *tit.* Friedbrecher & alibi.

§ XIV. Vtrum vero ex ſtatibus Imp. ad Bannitos recipiendos ſingulariter privilegiati, quos vide ap. Dn. Schwed. in *Intr. ad Jus publ. P. ſpec. Sect.* 1. *c.* 21. *§.* 6. incolatus jura his recte impertiantur, merito negamus. Quoniam 1) omnia ipſis ſunt ademta juris communis beneficia, 2) hoſtes & Cæſareæ Majeſtatis totiusque Imperii refractarii ſunt habendi. 3) hoc refugium tantum eſt in ſecuritatem contra perſecutorum injurias conceſſum, ne omnium laceſſentium proterviæ libere exponantur, ſed 4) tranquillum ad certum plerumque tempus reſtrictum pœnitentiæ interſtitium habeant. tum 5) hæc conceſſio ex privilegio oritur, & plane ſingularis, hinc ſtricti juris eſt, nec ultra diplomatum tenorem, ſe extendit. *Cap. odia de R. I. in* 6. *cap. ſane ubi DD. X. de privileg. l.* 5. *§.* 4. *ff. de jure imm. cap. porro, ibi gloſſ. X. de privil.* propterea non eſt contra Jus commune præſumendum, ſed ita, ut juri com. quam proxime accedat. ſec. Bald in *repet. l.* 2. *col.* 12. *in fin. ff. de jurejur.* & arg. *l.* 2. *pr. C. de Off. præf. urb. l. fin. C. ſi contra jus.* ubi gloſſa multa jura huc facientia allegat, inprimis in verb. *Item ra-*

tione

tione publicæ utilitatis &c. nec 6) privilegio contra eum, ex cujus gratia provenit, eſt utendum. Luc. *de Penna ad l. 2. C. de privil. Angel. ad L. Amiciſſimas §. Lucius & l. 41. ff. de excuſat.* quod hic adverſus Cæſaream Majeſtatem & Imperium contingeret, ſi tales proſcripti in Incolatum reciperentur, & coercitiones intentatæ illuderentur.

§. XV. Secus de Statuum Bamitis ſentiendum, qui juribus tantum provinciæ ſuæ indigni, aliarum regionum non privantur, uti exemplis illuſtrare Joh. Sichard. ad *L. qui deportantur, C. de hered. inſt.* notat Reincking. *de R. S. & E. l. 1. cl. 5. cap. 6. n. 153.* Identitate a Juris Civ. relegatis ſumta, hi licet expulſi; Jus tamen ne ſuæ quidem civitatis amittunt. *L. 4. & 7. §. 3 ff. de Interd. & releg. arg. §. 2. J. quib. mod. Jus pat. pot.* unde ad honores & officia extera admitti vult Bald. in *l. 2. §. poſtea ff. de O. J.* Felin. in *C. cum contingat pr. X. de for. comp.* ex quo ſic argumentor. ſi Vaſallus Domino ab Inferiore bannito nihilominus ſervire teneatur, qui ſc. Vaſallus Domino ſuperiori bannienti non eſt ſubjectus, quanto plus idoneus erit Incola in alio loco. Aliter omnia hæc ſe habent, proſcriptione ex cauſa famoſa facta. *L. 2. C. de Dignit.* Reinck. *de R. S. & E. l. 2. cl. 1. cap. 8. n. 28. 29.*

§. XVI. 4) Prohibentur ab incolarum promiſcua adſumtione *aliorum Dominorum aut Civitatium ſubditi ſeu cives*, qui per literas dimiſſorias veluti de legitimo nativitatis, libertatis & dimiſſionis teſtimonio nondum fidem fecerunt. daß ſie alſo keinen nachjagenden Herrn mehr haben. v. Wehner. *Obſ. Pr.* voce Mann-Recht & voce Montman. Beſold. *Theſ. Pr.* voce Burger-Recht. quod in hominibus propriis item & Wildfangiis inprimis neceſſarium judicamus, qui in urbibus haud degere dicuntur. juxta proemiam: Keine Henne fleugt über die Mauren. *Gallinæ* (Leibhenne / quas ſerviles homines in ſervitutis teſſeram annuatim pendere oportebat), *mœnia transvolant.* Hertius *de Homin. propr. Sect. 3. §. 10. & 11. & L. 2. Parœm. Jur. p. m. 608.* 5) Horum agmen *Judæi* claudant, quos olim Cæſareis Fiſcalinos & Cameræ Imperatoriæ ſervos fuiſſe conſtat, Reichs-Knechte / Kayſerl. Cammer-Knechte / ideo

a nemine recipiendi erant, per *A. B. Tit*. 9. *&* *Reform. Pol. de Ao.* 1548. *&* 1577. *tit.* 20. von Juden und ihrem Wucher; ubi præter denegatum ſalvum conductum & pœna irroganda indicitur. Quo reſpectu eos huc refero, ſi a ſuperioritate territ. non pollentibus recipi velint. Conferatur pluribus Hert. *Diſſ. de ſuper. terr.* §. 14. *&* *de ſubject. terr.* §. 8.

§. XVII. Conſtituitur incolatus domicilio voluntate permanendi facto declarato. *L.* 7. *C. de inc.* ibique Brunn. *l.* 20. *ff. ad munic.* ibique Bart. *&* *gloſſa*, quæ factum ſolum non ſufficere ait. Bart. in *L. placet. d. tit.* *&* *idem in L. prædia* §. 1. *ff. de fund. inſtr.* qui Bart. *ad rubr. C. ſi a non compet. jud.* tres modos ponit, ad hoc, ut quis incola dicatur. Georg. *de Cabedo Deciſ. Luſit. P.* 2. *Dec.* 117. *n.* 7. *&* 8. ſed ad mentem de incolatu inferendo eſt reſpiciendum. Mev. ad *Jus Lub. l.* 1. *tit.* 2. *art.* 2. *n.* 18. Propterea non habitatio ſtatim facit incolatum, *l.* 35. *ff. ad munic. l.* 27. *ff. eod. l.* 3. *C. de incol.* licet per aliquod tempus imo annos certi officii & negotiorum cauſa degatur; ibique focum & ignem habeat, ſein Waſſer/ Feuer/ Rauch und Heerd hält / quod nulli forenſi aut ſimplicis habitatori denegandum. Mev. ad *ad J. Lub. l.* 1. *T.* 2. *pr. n.* 66. Cujuscemodi interdictio coactum diſcedendi modum ſaperet, qui in omnium jure prohibetur, quod hoſpites comiter tractari vult *Exod.* 22. *v*, 21. *Lev.* 19. *v.* 34. *Deut.* 10. *v.* 18. *Auth. omnes C. de ſucceſſ.* Vtriusque autem habitationis & domicilii differentias exponit Wurmſer. *Ex.* 4. *th.* 11. Weſenb. *Vol.* 1. *Conſ.* 1. *n.* 57. quia quamdiu quis præcipuis civitatis non fruitur, incola non exiſtimatur. *c. l.* 35. *ad munic. l.* 27. §. 1. *eod. l.* 3. *C. de incol.*

§. XVIII. Interim quoniam indicia & conjecturæ loco plenæ probationis ſæpe habentur, Maſcard. *de probat. Vol.* 1. *Qu.* 14. *n.* 13. quæ quales ſint, domicilium & incolatum electum inferentes, conſule Struv. *Ex.* 9. *th.* 24. ubi ad mores cujusque civitatis reſpiciendum recte ſtatuit, nam de incolatus initio parum aut nihil certi in LL. diſpoſitum, præter decennium, quod in *L.* 2. *C. de Incol.* habetur, deficiente autem Lege, conſuetudo eam intrat. Joh.

de

de *Cabedo P.* 2. *Dec. Luſ.* 5. *n.* 4. ad quam in Civitatibus Germaniæ ut attendendatur, monet Gail. 2. *O.* 35. n. 7. Arbitrio tamen Judicis ratio temporis relinquitur, qui ex loci & perſonarum conditione deſuper judicat, Menoch. de *A. J. Qu. Caſ.* 86. *n.* 16. Incolæ etiam ab Incolis generari liquidum eſt, cum filius patris & originem & conditionem ſequatur. Azo. *tit. Cod. de municip. n.* 10.

§. XIX. Hæc incolarum receptio prævia cauſæ cognitione fit, qua de eorum conditione & ſtatu inſtituta *Nov.* 80. *c.* 1. *verb. ut in conſtituentes*, præter juramenti præſtationem, des Beysassen Eyds / uti in Caſtro Cæſareo Fridbergenſi obtinet, pecuniam quoque, in novi Juris recognitionem aliis in locis ſolvere ſolent. Das Einstand-Aufnahm Auszug-Geld. Cetera onera realia & perſonalia incolis juxta ac civibus incumbere ex ſuperioribus liquebit.

§. XX. Quemadmodum vero nihil tam naturale eſt, quam eo genere quidve disſolvere, quo colligatum eſt, *l.* 35. *ff. de Reg. Jur.* ita incolatui, cujus ratio tota ex voluntate pendet, pro lubitu renunciari poteſt. *arg. l.* 5. *§.* 3. ibi : *ſi malit eos ſequi, in noſtra civitate manere, ff. de capt. & poſtl. rev. l.* 17. *§.* 11. *&* 31. *ff. ad munic. l.* 28. *§.* 1. *ff. ex quib. cauſ. maj.* animo mutandi deſuper declarato Struv. *c. l. th.* 32. ſiquidem eſt hujus conceſſio de beneficiorum genere, quæ invito nec dantur, nec retinentur. *l.* 69. *de Reg. Jur.* Si enim libera manet civitatis, arctioris tamen conjunctionis nexu ligata reſignatio, quorſum adplico Cicer. verba *in Orat. pro Balbo*, ubi *firmiſſima ea libertatis fundamenta vocat, ne quis invitus civitate privetur, neve in civitate maneat invitus*, Grot. *l.* 2. *de J. B. & P. l.* 5. *§.* 24. *n.* 2. *&* 3. multo magis Incolatum quandocunque tollere volupe erit, majus enim qui poteſt illi & minus licet, *l.* 21. *de Reg. Jur.* & ad utrumque in ſimilibus valide argumentatur. add. Gail *l.* 2. *O.* 36. *n.* 7. & Græv. *l.* 2. *Obſerv. pr.* 36. *conſid.* 2. *n.* 3. Adeo ut nec domicilii mutandi cohibito ſtatuto valide introducatur, per quod jus libertatis infringeretur. *l.* 71. *§.* 2. *ff. de Cond. & dem.* Ex quo ſanæ rationis principio in Inſt. P. Cæſ. Suec. quod cum Weſtph. deinde Osnabrug. coaluit, *Art.* 5. *§.* 36. diſpoſitum : *Neque ſive voluntarie, ſive coacte emigrantibus nativita-*

 tis,

tis, *ingenuitatis*, *manumissionis*, *noti opificii*, *honestæ vitæ testimonia* denegetur. Atque per exemplum in secuto *J. P. Ryswic. art.* 17. civibus & incolis Argentoratensibus expresse stipulatum legitur suis verbis : *Liberum maneat omnibus & singulis ejus urbis & appertinentiarum incolis, cujuscunque conditionis sint, qui emigrare voluerint, inde domicilium, quocunque libuerit, una cum mobilibus bonis, sine ullo impedimento, &c. transferre.*

§. XXI. Modo abitus Magistratui legitime denuncietur, nec sit malitiosus aut intempestive fiat, si afflictionibus publicis imminentibus, & ubi onera ferri debent, incolæ migrare velint, sic enim utique denegari posse, nemo ambigit, per *l.* 65. *§.* 5. *pro soc. l.* 34 *ff. ad manic. l.* 1. *C. Incol.* conf. Disp. sub Præsidio Dn. D. Hildebrandii habitam Altorf. de *intempestivo civium discessu cohib th.* 3. *seqq.* quo casu Arrestis quoque detinebuntur emigraturi. Mev. *ad Jus Lub. l.* 1. *T.* 2. *art.* 2. *num.* 13. *& num.* 77. *item Tr. de Arr. cap.* 6. *num. ult.* Blum. *Pr. Cam. T.* 33. *n.* 10. sed quatenus per arresta in denen Nachsteuren/ sit procedendum, de eo consulas, Roding. *in ff. Cam. l.* 1. *tit.* 11. *§.* 37. *& seqq. p. m.* 155. *seqq.* in utramque partem notanter differentem, cui addi potest Rhez. *Disp. de Sarcina emigrantium c.* 3. *n.* 14. Simon. *in præsidio Acad. Tom.* 2. *Disp.* 11. *cap.* 5. *th.* 2. *n.* 2. *n.* 2. *seqq.* Inprimis si gregatim discedere velint incolæ, quod necessitatis in coitione fini contrariatur, & civitatem incolis nudaret, ut civilis societas subsistere nequeat. Grat. *de J. B. & P. l.* 2. *C.* 5. *§.* 24. *num.* 1. 2. add. *omnino Puff. de Jur. Nat. & G. lib.* 8. *C.* 11. *§.* 2.

§. XXII. Ad hæc resignationum, si quæ sint observentur formalia, qualia in Incolis, utpote minus plenis civilibus, & ignobilioribus civitatis membris parum aut nulla occurrunt. Sicuti enim in eorum receptione nuda plerumque petitio & petitionis de iis tolerandis concessio sufficit : ita & Consuli seu loci Magistratui præfecto oretenus facta resignatio satis erit, imo si nihil onerum aut præstandorum amplius debeant, liberum eumque tacitum habent discessum. Prout in urbe nostra Imp. Fridebergæ moris esse relatum cognovi, si quorundam tantum Senatorum favorem noviter recipiendi

piendi sibi conciliarint, facilem absque ullo ulterius juramento incolatus licentiam accepisse, tuncque quotannis florenos a viliori protio viles dictos ein schlechter sive gemeiner Gulden ad 27. albos singulos æstimatos solvunt, & pro quavis tributorum quota vor jedes Ziel/ decem crucigeros pendunt, excubias vero suas ordine agunt, sie thun ihren Zug und Wacht. Pari deinde discessione ignota iterum sic abeunt, solutis, uti ubique locorum observari crederem, adhuc debitis, daß er seine etwa noch schuldige Steuer/ Schazung und dergleichen Stadt-Schulgigkeiten den Abzug zahle/ cujus quantitas diversimode variat, Wehn. obs. pri. voce Nachsteuer ut dicessum quasi redimant, conf. Rumelin. *P.* 2. *Dissert.* 5. *th.* 4. *strum. Disc.* 6. *ad A. B. th.* 12. Gail. 2. *O.* 36. *n.* 4. *& seq.*

§. XXIII. Remedia circa incolas occurrentia vel modum figunt, & dolosas eorum subductiones tangunt, qui prioribus suis Dominis clam se & illicite subtrahunt, alibi vero incolatum adquirere conantur. Hujus enim abusus cum inter regionum Dominos multas movisset lites primum a Carolo M Imp. aliisque est prohibitum, de quo adeatur, Goldast. *Tom.* 1. *Const. Impp. fol.* 11. *ver. similiter præcipimus.* Severius postea D. Carol. IV. Imp. in A.B. Tit. 16. interdixit, & illorum receptionem omni privavit firmitate, & statuit, receptos cujuscunque conditionis, dignitatis aut status demum existant, in nullo casu penitus sive causa civitatum, ad quas recipi se procurant, juribus & libertatibus gaudere. Arum. *ad A. B. §.* 12. *in fin.* Rumel. *P.* 2. *Disp.* 5. *th.* 2. quia dolus nemini patrocinari debet, *l.* 12. *ff. de dol. mal. l.* 3. *ff. de transact. l.* 51. *de Rejud.* idque cum pœna 100. Marc. aur. A.B. munivit, quod in Rec. Imp. aliquoties reiteratio injungitur. R.I. de An. 1529. §. wie auch Chur-Fürsten. 10. & de An. 1555. §. ff. Es soll auch kein Stand. 23. contra quam contraventionem in summis Imp. Dicasteriis Mand. S. C. decernuntur. v. Denais. in Jur. Cam. tit. 211. §. 2. Mindan. de Mand. *l.* 2. *c.* 14. & in causa Mainz contra Franckfurt. vota habet Gylm. *T.* 1. *Symph. P.* 1. *tit.* 2. *Vot.* 1.

§. XXIV.

§. XXIV. Utrum vero ſubditi ex officio ad Dominos ſint remittendi, etiamſi nemo ſit, qui eos perſequitur, Nov. 80. c. 4. dubito, non enim eorum conditio, ſi cœtera ſe paria habent, odioſior eſt facienda, tutius erit, eos non admittere. Ad Dominorum autem inſtantiam licet remittantur, cauſæ cognitionem præviam conſulerem, de adſerta Domini repetentis veritate, ut receptus deſuper percipiatur, ne in duriorem ſtatum remittatur: Secus Dominus, receptum petitum detinens in *condictionem ex l.* 23. §. 2. *C. de agric. & cenſ.* incideret, non morante, hanc L. de colonis proprie & de agricolis diſponere, adſcriptiis igitur noſtris æque conveniens accommodari, ratione enim legis eadem exiſtente, ejus etiam diſpoſitionem obtinere in Praxi vulgare eſt, *arg. l.* 32. *ff. ad l. Aq. l.* 9. §. 2. *ff. de edend. l.* 27. §. 2. *ff ad L. Jul. de adult. l.* 19. *C. de SS Eccl.*

§. XXV. Sed illud credere noli actiones præjudiciales æque minus hic competere, in ſubdito vindicando, & qui haud impetrata venia domicilium vertit, ac inter Dominum feudi & Vaſallum ſe talem negantem, ideo, quod neutrum Jus Vaſallagii & homagii ratione rei acceptæ ad Jus perſonarum pertineat, nec perſonæ ſtatum proprie afficiant. v. Struv. *S. I. F. cap.* 16. *aph.* 2. *n.* 6. Idque ob libertatem ſubditis ſupra ex Jure N. & Civil. vindicatam, de Domino quandocunque libuerit vel retinendo vel mutando. *l.* 5. *§.* 3. *ff. de capt & poſtl. rev.* Attenta tamen limitatione, niſi intempeſtiva fuerit emigratio, aut ſtatutum vel perſonæ conditio obſtet, idque ſtatim probatum fuerit. *l.* 31. ibique Brunn. *ff. ad Municip. ſupra §.* 28.

§. XXVI. Plane tamen eum in modum memoratas has præjudiciales actiones intentare poterunt ſubditi emigraturi, ſi ab alio Domino inviti retinentur, & in libertatis jure impediuntur. Schilt. *ad ff.* 3. *§.* 25. Itidem ſi a proprio Domino mora dimittendi nectatur, his actionibus vt experiatur, equidem non abnuo; conſultius tamen ex *Receſſibus Imp. & Inſtr. Pac.* præcipue Weſtph. agunt, vbi pro cauſarum modo etiam Mandata S. C. impetrari præjudiciis docemur, in cauſis maxime Pacis Relig. ex cujus Conſtitutione nemini emigratio juſte interdicitur. R. A. *de Ao.* 1555. *§.*

Wo aber unser 24. *In Pac. Art.* 5. §. 29. 33. 36. Blum. *Proc. Cam. Tit.* 28. §. 41. *seq. apud* Dn. de Lynck. *de Gr. Extr. cap.* 3. *P.* 4. §. 4. *n.* 26. adeo, ut quibusdam ne quidem Detractio admittenda videatur, si Emigratio ex capite Religionis invite fiat. Gylm. *T.* 1. *Relat.* 1. Praun. in *Diss. Inaug. Altorf. de Beneficio emigrandi ob Religionem.* Coccej. *Vol.* 1. *Disp.* 42. *de Censu emigrationis.* Schweder. in *Introd. ad Jus publ. Part. spec. Sect.* 2. *cap.* 15. §. 5. Alias simplices emanare Citationes ad vid. concedi liberam emigrationem, testatur causa Cameralis inter Jacob F. Wirth zu V. c. Comitem Heinrich Wilhelm zu L. Decreta in *consil.* 6. *sept.* 1686. Dn. Hoffmann. *supplic. Cam. p. m.* 23. *& seqq.* ubi totus processus insertus legi meretur.

§. XXVII. Amplius subditi a tali noviter condito statuto vel alio quocunque Decreto prohibitivo appellare posse, aut prohibitione ea in rem judicatam prolapsa per viam Simp. Querelæ tanquam ordinariæ actionis se tueri, docemur per ea quæ laudatus Dn. de Lyncker. *c. l. n.* 5. *&* 6. præclare disserit.

§. XXVIII. Contra incolæ semel simpliciter recepti, ad Cives se adsciscendos zu Gewinnung des Bürger-Rechts ex post inique adiguntur. Mev. *P.* 4. *Dec.* 85. Et actione *contraria negativa utiliter* agunt. Aut adversus institutam actionem *exceptione* admissionis ad Incolatum simpliciter factæ se defendunt, *Mandatis* vero pœnalibus & Inhibitionibus violentias depellunt, *Citationibus* etiam de non inique ad Jus Civitatis adigendo, sed pactis initis stando, *Mandato S. C.* quandoque hic connexo *de non turb. in quieta incolatus possess. vel quasi* experiuntur. Eodem modo & sicut incolæ non est denegandus privilegii usus, quod non qualitati civis, sed ratione loci competit, *L.* 8. §. 1. *ff. de in Jus voc.* ibique Jason. *n.* 2. Gail. *L.* 2. *O.* 35. *n.* 6. Mev. *P.* 6. *Dec.* 109. *n.* 3. *&* 7. Ita possessionem ejusmodi usus per Mandata ex Interdictis qualificata sibi conservat, admissionem vero per *condict. ex privil.* si obligatio ex ipso privilegio immediate descendit, aptius quærit. Ziegl. de *Jur. Maj. l.* 1. *cap.* 12. §. 15. Dn. Lauterb. *C. Pr. de Const. Princ. th.* 48. vel actione Civitatis contraria affirmatoria agat. Ceterum

quas Actiones circa Civitatem ejusque jura, commoda & incommoda competere legis, easdem & Incolatui concedimus, ut vel Actione directa affirmativa ad præstanda conveniantur: Directa vero negativa ad incolatuiſe ſubdendum, aut ab omni commerciorum aliorumque jurium uſu deſiſtendo. conſulatur Ringius in *Progymnas. Prax. Jurid.* 16. *p. m.* 274. *ſeq.*

§. XXIX. Vbi de foro competenti hæretur; nos illud tunc Judici ordinario tribuimus, ſi is nullam in hac re partem ſentiat, hoc poſito, proxime ſuperior eſt adeundus. Qui in Civit. Imp. Fridbergæ, quod tanquam notatu dignum non ubivis obvium, utique notandum, tum ex Cæſareis Conſtitutionibus Auguſtiſſimi Imperialis Judicii Aulici toties munitis, erunt, Illuſtriſſimus Dominus Burggravius, Aediles Nobiles & Regiminis Caſtri Viri Hr. Burggraf/ Baumeiſter und Regiments Burg-Manne / ſive lis inter Magiſtratum & incolam, ſivecivem verſetur. Foro hoc ab ipſo ſenatu & tota Civitate coram throno Cæſareo Ao. 1656. den 3. Jun. judicialiter agnita & per confeſſionem vulgo der Stadt Friedberg Paritions-Erklährung dictam declarato, cujus paſſus concernentis verba ſunt hæc: Demnach Erklärung von uns in denen beeden Puncten der Oberhand-und Reichs-Stands ꝛc. begehret worden: So erklären wir uns ꝛc. — Und dieſemnach die durch Adeliche / Baumeiſter und Burgckmanne / und von Dero Röm. Kayſerl. Majeſt. und des H. Reichs verordneten Ambtmann und Obriſten Richter der Burgck und Stadt erkennen halten und ehren. denen Wir vor Alters und nach Anweiſſung der in Anno 1483. aufgerichteten Huldigungs-Verſchreibung huldigen / geloben / und ſchwören wollen / getreu / hold / und gehorſam zu ſeyn. Wir wollen auch auf deren erfordern erſcheinen / und Ihren Obergebotten und Beſcheiden / gehorſamlich nachkommen / oder von Ihnen der Execution gewertig ſeyn / in denen Fällen da Burger mit dem Rath zu ſchicken hat / laut des Bürger-Eyds. v. Lünig im teutſchen Reichs-*Archiv Part. ſpecial. Contin.* 3. letzten Abſatz *pag.* 152. Ad quod quilibet civis per juramentum ſuum ſe adſtringit, jurans:

jurans: Wäre es aber/ daß Er in seiner Bürgerschafft mit dem Rath zu schicken gewänne/ der solle das nirgend anders fürder suchen oder fürzunehmen/ dann vor unsern Herrn und Junckern dem Burggrafen/ und den 12. Burg-Männern des Regiments zur Burg Friedberg darum Recht zu geleben und zu nehmen/ als des der Rath überkommen ist. Quod ex monumentorum & observantiæ fide edoctus statuit Austregale Judicium speciali conventione durch einen sonderlichen Austrag cautum indistinctim refert Reincking. ut Senatus Fridbergensis conveniatur coram Burggravio ejusdem loci & Regimine castri, se referente ad Auct. des gründl. Berichts des H. Reichs Stadt Friedberg Regalien betreffend. *Art.* 4. *n.* 88. *fol.* 72. Reinck. *de de R. S. & Eccl. L.* 2. *Cl.* 2. *cap.* 16. *n.* 15. Sive jam unus civis aut incola, sive omnes in corpore communem adversus Senatum causam moverent. Ad quod enim tenentur singulire, omnes collective sumti, ob eandem rationis identitatem ad id tenentur.

§. XXX. Nihil igitur minus, quam consilium erat Juridicum & contra prima juris cunabula impingens, quo Senatui cuidam civico imperiale declinatoriæ prætextus persuadebatur, ut, causa super diversis publicarum rationum gravaminibus ipsi a civibus mota, inter seratere, quia non unus civis, sed integra civitas cum Magistratu contenderet, hinc se coram foro hoc Austregali stare non teneri. Sed quæso! in quo lateret diversitatis momentum! Nonne, in quod singuli jurarunt, ad id multo magis in concreto omnes obligabuntur? Nam sicut pluralitas resolvitur in singularitatem *L.* 33. *§. f. ff. de condit. & demonstr.* ita vicissim singularitas extenditur ad pluralitatem, quando est eadem ratio in uno quoad unum, quæ est in omnibus, quoad omnia, secundum Bald. in *L.* 1. *C. de Condit. insert.* Zuchard. *Cons.* 20. *n.* 5. *p. m.* 76.

§. XXXI. Sufficiant hæc de incolis, quos proxima adfinitate contingunt *Pfalburgeri*, de cujus dictionis causa varias legere licet conjecturas in rei significatum conceptas. Falsos quasi esse cives, inde *Falschburgeros* dictos, quidam adstruunt, cum A. Bulla *tit.* 16. illos sic notat, qui in fraudem sui superioris se in aliam civi-

tatem adscribi procurant. v. Boërius *Dec.* 260. *n.* 9. Arum. *ad A. B. disc.* 6. *th.* 11. Hofm. *Supplic. Cam. tit.* 14. *n.* 11. Hert. *de subject. terr.* §. 20. ex quo & cives palantes, i. e. vagantes, audiunt, Zach. Vietor. *de caus. exemt. concl.* 20. aut eos quoque faciunt, qui dimissionis s. manumissionis instrumentis destituuntur, **die keinen Ledigungs-Schein mitbringen / und ihr Mann-Recht nicht aufweisen können.** Ertel. *de Jurisd. inf. s. civ. l.* 2. *c.* 20. *p.* 365. Alii, & qui rem accuratius inspexisse videntur, ut Wehner. *in Obs. pr. hac voc.* eos nuncupari putant, qui inter palos s. **Pfälen** habitant, **die zwischen 4. Pfälen sitzen /** nec Cives sunt. Neurath. *ad Zoes. tit. ad municip. n* 5. Nam plerumque intra ligneos palos in suburbiis, **binnen denen Palisaden /** morabantur, & non cum civibus in turres seu Burgum vel castrum antiquitus una intromittebantur, unde Burgensium, Germ. **Bürger /** dictio orta. Quo tendit Gallorum *Fauxbourg*, & in eo habitantes *Bourgeois* complectitur, *Citoyens* vero in specie nominantes, qui pleno civitatis jure gaudent, & genuini cives sunt. v. Knipsch. *de Jur. & privil. civ. l.* 2. *c.* 29. *n.* 9. & 74.

§. XXXII. Patet ex his, **die Pfalburger** minime plebem & ultimum civium ordinem sistere, quamvis commune faciat Besold. *Thes. pr. h. v.* qui se ipsum, si non corrigere, explicare tamen videtur, & tanquam subordinata facere, quæ in quibusdam Imperii Civitatibus, ut Hamburgi, Lubecæ, & aliis, eo utuntur instituto, ut Magistratus, nullo discrimine habito, omnes suos *Concives* **Mitbürger** appellitare debeat, quippe Senatores nihil præter Cives, sive nobiliores sive pari gradu tales cum reliquis sunt, & propter quod quid tale est, illud magis tale esse, evincit. conf. Carpz. *P.* 3. *C.* 12. *D.* 17.

§. XXXIII. Itaque Pfalburgeris ejusdem cum incolis qualitatis existentibus, forum idem ac Jura in civitate sortiuntur; sed male cum iis a Dracone *in tr. de jur. & orig. patr. c.* 3. *f.* 244. *n.* 71. & Besold. *Th. pr.* confunduntur, & ob pactum in sua receptione initum, quasi **die unter einem gewissen Pact und Geding** cives esse dicuntur. Enimvero Pfalburgerorum prohibita receptio pactitios illos minime constringit, Arum. *ad A. B. c.* 16. sed ad differentiam reliquorum eos hoc nomine insigniunt. Kylling. *de Ganerb. Castr. disc.*

disc. 3. *n.* 86. Lehm. *Chr. Spir. l.* 2. *c.* 14. Exinde brevibus fluit, quæcunque de incolis præmemoravimus, ea in Pfalburgeris similiter obtinere, quibus addi possunt Klock. *Tom.* 3. *Consil.* 149. *n.* 245. & Schilt. *ad ff. Ex.* 3. §. 4.

§. XXXIV. Intermediorum, quæ internam civitatis constitutionem implent, commemoratione supersedeo, quorum fere dixerim non minor est numerus,

Quam quantus est numerus Libyssæ harenæ
Laserpiciferis jacet Cirenis.

Ecce enim, si opificum tantum Collegia peragremus, plura talium nobis occurrunt, quæ consarcinata referam: Quid aliud sunt, omnibus opificinis communes *Turbatores*, Sutorum *veteramentarii*, Alt-reißen. Wehn. *Obs. pr. rerb.* Altreißen. qui Herbipoli, Erfurti & alibi peculare a sutoribus Collegium habent; Sartorum *Indusiarii*, *coqui caligarum*, Hosenköche/ Bönhasen/ lucro levioris pretii in superioribus ædificiorum partibus, Böhn s. Bühn Germ. vocatis, occulte laborant; *Convitiatores*, Lästerer/ apud Lanios, & insigniter menti meæ auxiliatur discrimen der Alt- und Neuschirmer/ qui utrique in magna lite invicem coram supremis Imperii Tribunalibus versantur; apud Pistores, qui ex pagis, a quibus veniunt, *pagani* nominantur, Hecke-Becker/ Platz-Becken/ Wehzschel-Becker; & Mercatorum alias ordo ornatissimus, *Ambulatorum*, der Hausirer/ *Col-porteurs*, Germ. Bündelträger/ dedecore deformatur. Inter fabros cuprarios *circumforanei*, Kesselflicker/ reperiuntur: de quibus omnibus perlegas Dn. Beijeri egregium Tract. der Meister bey denen Handwerckern/ ubi de sociorum ordine intermedio, Jüngern/ Mittlern/ Halbgesellen/ *Mediastinorum*, multa studiose refert. Lubet ex arte Typographica facetum tale medium socios inter ejusque tyrones proferre, quos *Cornutos* vocant. Hi quales sint, quove jure gaudeant, audiamus ipsos artis Magistros per universam fere Germaniam, in Causa Wezlariæ in Augustissima Camera Imperiali ventilata, Bader c. der sämtlichen Buchdrucker-Genossen in Franckfurt am Mayn/ de eo rogatos, de communi inter ipsos recepto more, testimonio comprobantes, quod in specie facti publicis typis

exſcriptum ita referunt : Welchemnach ein ſolcher ausgelernter Lehr-Jung/ nach geſchehener Losſprechung/ Cornelius oder Cornut genennet wird / und darf vor ſich arbeiten / wo er will / nur daß er ſich keiner mehrern Geſellen-Freyheit bedienen kan oder darf / und muß noch über dieſes der Geſellſchaft / wo er arbeitet/ ein gewiſſes quantum, welches Cornuten-Geld genennet wird/ alle halbe Jahr erlegen. Doch kan er / wann er will / und die Mittel dazu hat / ſich zu einem Geſellen machen laſſen / welches dann mittelſt der Depoſition geſchehen muß / und wann ſolche verrichtet / ſo bekommt er nebſt einem gewiſſen Druckerey-Namen auch 2. Zeugen von den anweſenden Kunſt-Verwandten / mit Benennung ſeines Lehr-Herrns / Depoſitoris , beyder Pathen / Pfaffens und Knecht / welcher Namen er ſich bey gewiſſen Geſellſchaftl. Verrichtungen zu bedienen hat / und alsdenn iſt er erſt ein Geſell. Et ne veritas in propria cauſa ſuſpicionem incidat, conferatur Auer. *de Jure monetarum th.* 31. Beſold. *Th. pr. voce Cornut.*

§. XXXV. Quod autem fortaſſe objiciunt , inter abuſus talia jure potiori referri , quam intermediorum genera eſſe , id vix inficiari liceret , ſi Collegiorum perſecutiones & pœnas erga hos turbatores concedimus. Verum, uno poſito, alterum non ſtatim tollitur , ut taceam, intermediam qualitatem eo non auferri, id porro largiendum, dari temporum, ut nundinarum aliorumque intervalla, loca , & ſtatutorum modificationes , quæ dum certum his modum & metam figunt, tales tolerare, imo tueri cernimus, atque ſic intermedia adhuc fore nemo amplius negabit , ſcilicet usque quo in eo ſtatu, pro definitionis noſtræ ratione manere deprehenduntur.

§. XXXVI. Sed ne plurium intermediorum ad hanc ſeriem pertinentium recenſione me diffundam , quæ ad aliam vicem commodiorem differo , ſubjungo ſaltem *Pagos Imperii immediatos*, die unmittelbare Reichs-Dörffer ; qui ſunt Univerſitates paganicæ , imperio immediate ſubjectæ certo territorii diſtrictus juribus atque immunitatibus ex Cæſarea gratia vel immemoriali poſſeſſione partim ex Imperii Conſtitutionibus eidem adnexis ſuo modo gaudentes, ad communem univerſitatis ſuæ utilitatem. Deſcriptio omnia

de

de iis observanda exponit, gaudere quippe alios immedietate, juribus & privilegiis, quibus alii immediati fruuntur. *v. Vitriar. Instit. Jur. Publ. l. 1. tit. 19. n. 1.* Maurit. *in not. ad Capit. Leop. Art. 3.* Tales sunt Bauersbach im Prur-Rhein / salvis tamen Domini Episcopi Spirensis juribus Protectionibus aliisve: In Franconia vero Gochsheim und Sennfeld/item Suffelsheim/Gedran und Steingamb / die freye Reichs-Leute auf der Leidkircher Heide in Schwaben und zu Megles. Quorum originem ad civitates & alia Imperii membra immediata derivat Besold. *de equestri ordine n. 6.* Hugo. *de Statu reg. Germ. cap. 1. §. 8.* Jura autem eorum & immedietatem per Pacem Westph. esse confirmata testatur I. P. Art. 5. §. 2. adeo ut terras suas, licet jure suffragii in Comitiis non fruantur, neque Status sint Imperii, eadem tamen libertate & jure possideant, atque ab omni Dominorum vicinorum jugo & potestate exemtos ac liberos ex Magero dicit; Dn. Cancel. Hertius *Tom. 2. Diss. de special. Rom. Imp. Rebusp. earumque var. nom. Sect. 1. §. 10.* Bilderbeck teutscher Reichs-Staat. *P. 6. cap. 9. §. 5. Perillustris Dn. Assessor de Ludolff. Comment. System. de Jure Cam. Sect. 1. §. 2. n. 8.*

§. XXXVII. Quo spe libertatis persuasi, immedietatem hanc paganicam ante aliquos annos adfectabant quatuor pagi Imperio Castri Cæsarei Fridbergensis subjecti Grossen- und Klein-Carben / Kaichen und Burg-Gräfenrodt, uno nomine, die Carber-Märcker dicti; sed expectatione vana decepti, & Celsissimi Judicii Imperii Aulici lata Lunæ 18. Julii 1719. in causa Burg-Gräfenroth / & Consorten contra die Burg Fridberg sententia perculsi, justis Dominis in hunc modum addicti fuerunt: Fiat sententia: Es erscheine aus denen Actis, vorgebrachten/ und sonst bekannten / auch in der Kayserlichen Registratur befindlichen Documentis, daß die von denen sogenannten Cärber Unter-Märckern / nemlich denen Bauren / oder Gemeinden zu Groß- und Klein-Carben / Kaichen und Burg Gräffenroth prætendirte Immedietat, Exemtion und Freyheit keineswegs / hingegen der Kayserl. Burg Fridberg Intention ratione superioritatis, & omnimodæ Jurisdictionis über

die

die drey Dorffschafften Groß- und Klein-Carben und Kaichen/ auch in so weit dieselbe mit dem vierten Dorff Burg Gräffenroth die sogenannte Carber-Marck constituiren, allerdings sowohl in possessorio, als petitorio fundiret seye / dannenhero mehrgedachte drey Dorffschafften Groß-Klein-Carben/ und Kaichen unter der Kayserl. Burg Friedberg Bottmässigkeit von Ihrer Römis. Kays. Majestät und des Heil. Röm. Reichs wegen ohnweigerlich zustehen / dessen Bott- und Verbott nicht alleine als zu der Grafschafft und dem Frey-Gericht Kaichen angehörige / sondern auch als Märcker / Participanten anzunehmen / und Gehorsam zu leisten/ mithin ihr neuerlich angemaßte Märcker-Sigill wieder zu cassiren und aufzuheben schuldig seynd / und wollten es Ihro Kayserl. Majestät durch diesen Ihren lezteren / und endlichen Ausspruch in der Haubt-Sache denen obgeschwebten Strittigkeiten/ und schädlichen Processen dergestalt ein Ende gemachet haben/ daß die Märcker-Gemeinde samt und sonders sich nicht unterstehen sollten / deßhalben neue / oder anderweite leere und vergebliche Srittigkeiten / Zanck oder Procefs zu erwecken oder anzufangen/ widrigenfalls und da sie hierunter eine weitere Renitenz oder Ungehorsam bezeigen würden / Ihro Kayserl. Majestät würden bewogen werden / die Carber-Gemeinschafft gar zu dissolviren und aufzuheben/ & cum inclusione hujus rescribatur dem Herrn Chur-Fürsten zu Mainz darauf auctoritate Cæsarea zu halten / und nöthigen Falls der Kayserlichen Burg darunter an die Hand zu gehen.

MEMBRVM III.
De Jure Intermedii in Statu Familiæ.

§. I.

In Statu Familiæ, quem & perfectissimum vocat C. I. A. *L.* 1. *tit.* 5. §. 35. forte, quod propaginem totius humani generis efficiat, & ex ejus constitutione maximarum Rerumpubl. congeries cumuletur, plura sese nobis offerunt intermedia, quæ sub varia personarum hic constitutarum distinctione distinctim discutiendi. In hoc statu prima

ma hominum consideratio versatur circa sexum, est enim naturali conditioni propinquissimus *l. 9. 10. ff. de stat. hom.* qui vel masculos vel fœminas ordinarie progignit. Quibus Intermedium ex utroque quippe participans & degenerans subinde intercedit *Hermaphroditus* Græc. *Androgynus*, Germ. zwyter. Ein Mann-Weib / oder Weib-Mann / utriusque sexus homo. v. Paul. *in l. 15. §. 1. ff. de testib. Ulp. in l. 10. ff. de stat. hom. l. 6. ff. de lib. & posth.* multa de his refert. Plin. *in hist. nat. lib. 11. cap. 49.*

§. II. De his in genere notant; quod sexui prævalenti adponantur. *l. 10. ff. de stat. hom. L. 15. §. 1. de testib.* Struv. *Ex. 3. th. 2. n. 2.* Idque per communem DD. regulam, quæ vult: omne mixtum ex eo venire judicandum, quod prævalet. Brunn. ad *l. 10. cit. n. 2.* Ex qua inspecta præponderatione sexus præpotentis jura censentur, ut, si masculus emineat, marium partes sequatur, atque ad res ac officia viris competentia item & feuda per 2. F. 1. admittatur; si fœmineus, fœminarum qualitate æstimetur, prout de testamentorum testibus decidit *L. 15. §. 1. ff. de testib. & quando SCto Vellej.* mulierum in statu ex cit. *L. 15.* cum aliis dijudiant. Dn. Lauterbach. *Coll. Pr. tit. ad SCt. Vellej. th. 4.* Equidem ad matrimonia ineunda tunc vix admittuntur, si alterutrius partem gignendæ proli sufficere Medicorum, Chirurgorum & obstetricum inspectio arbitratur, omnisque facta dissuasio nimio amoris æstu repellitur. Carpz. *Jpr. Consist. L. 2. Def. 16.* Adeo ut, si ambiguus plane sexus sit, adhibito tamen Medicorum Consilio nubendi licentia concedatur. Henr. Brower. de *Jur. connub. lib. 2. c. 4. n. 2. & 3.* Si tanta nimirum adsit perfectio, ut utrumque semen a suis vasis concoctum habeat, quorum uno electo alii sexui se coeundo adjungere valeat, conf. Zacch. in *Quæst. Med. Leg. 3. Qu. 9. & fin. n. 1. 2. 3.* De quo tamen casu ex multis physicis rationibus mihi dubium subnascitur, quas verecundius mente concipere, quam verbis exprimere licet.

§. III. In eo autem consentimus, ut si in dubio subsistat, & ex utroque subjectum potens inveniatur, tum ipse alterutrius electionem habet, qualem semel electum statum, deinde ad scanda-

 lum

lum publicum evitandum, non mutat, celari enim potius solent ejusmodi naturæ excessus, quam per mutationem detegi. Stryck. de *Jure sens. Diss.* 1. *cap.* 1. *n.* 62. Quæ electio in feudis præcipue conducit, & cum indubio pro iis adservandis semper sentiendum, hinc consultius marium ordinem tali nato eligere, quam fœminarum alias amabilem sexum. Hahn. ad Wesenb. *tit. de stat. hom. num.* 3. Siquidem perpetuum posteritati adferret præjudicium, si natus hermaphroditus maritalibus postea prævalentibus, pro fœmina nimis præcipitanter declaratus fuisset. Adsentiente L. B. de Lyncker *Anal.* ad Struv. *tit.* 5. *th.* 2. Secus eo discrimine non attento, hermaphroditus feudorum capax est, jx. Borcholt. de *feud. cap.* 5. *n.* 45. nec eum impediret, licet Dominus talem esse ignoraverit, cujus scientiam alias requirunt Ludwell. in *synops. Jur. feud. p.* 115. Stryk. *Ex. Jur. feud. cap.* 6. *qu.* 12. ex dicta ratione & quod honestiores hoc naturæ nimium verecundia generis magis occultent, & feudum in familia conservent, quam manifestando honoris existimationi derogent, atque Dominum directum pro feudo devoluto declarandum alliciant, qui alimenta quidem huic hermaphrodito lubenter præstat, eo autem defuncto apertum consolidat.

§. IV. Porro statum intermedium, huncque singularia comitantia jura *nascendis*, seu qui in utero adhuc sunt merito tribuimus. Licet enim in rerum natura utique existant, ut creatum, quamvis immaturum, sint. *L.* 7. *ff. de suis & legit. her.* Natos tamen eos minime cernis, sed interea dum eorum commodum versatur ob nascendi spem & ut ipsis interim prospiciatur pro natis per fictionem positivam habentur. *L.* 7. *&* 26. *ff. de stat. hom. L.* 30. *§.* 1. *ff. de A. l. O. H. L.* 231. *de V. S. L.* 2. *§.* 6. *ff. de Excus. tut.* atque sic omnia jura ad tempus usque nascendi integra retinent. *L.* 3. *ff. si pars hered. pet.*

§. V. Quæ ita servantur generaliter de omnibus sive Legis s. hominis dispositionibus, quarum effectus in nativitatis tempus differri potest, & ubi tempore actus perfectio requiritur. Caranz. *de Partu. cap.* 2. *§.* 4. *n.* 5. Si casuum illustrationem petis, ecce eam in ratione postliminii arg. *L.* 15. *ff. ex quib. caus. maj.* quod con-

conceptos & in captivitatis servitute natos proprio etiam jure postliminio libertati vindicat. *L.* 25. *ff.* & *L.* 1. *C. de capt.* & *postl. rev.* Eatenus, quoad serva manumissa prægnans, ancilla postea denuo facta liberum nihilominus ex Martiani sententia pariat, *pr. J. de Ingen. L.* 17. *ff. de stat. hom. L.* 3. *C. de pæn.* Neque id cum expurgato Juris Rom. fermento commisceas. Enimvero casus in hominibus propriis, Wildfangiis aliisque hujus conditionis facile nobis contingeret, quorum liberos, cum impetratur dimissio, utero adhuc detentos, Domini haud sibi adpropriant.

§. VI. Dubium quod hic suboritur, est de nascendo, quem mater dum libera haberetur, gessit, eo enixo a Domino tanquam propria impetitur, utrum & hic partus ventrem sequ.tur, quia res cum omni causa restituenda venit? Et si cum Mev. *in Tr.* vom Zustand ꝛc. der Bauers-Leute *qu.* 2. n. 34. distinguimus, num partus ante, an post litem contestatam editus fuerit, & mater bona vel m. F. sibi libertatem interea arrogaverit, utroque posteriori casu nati restitutio est facienda per *L.* 10. *C. de usur.* & *fr. L. fin. C. de Liber. caus.* & quia distinctionem hanc inter partum ante vel post Litem contestatam conceptum citatæ *Q.* 10. & *L. fin.* manifeste faciant. Non vero in illo casu, cum exemplo fructuum b. f. possessor percipiendo hos suos faciat, *L.* 25. *§.* 1. *de usur. L.* 48. *ff. de A. R. D.* & bonam fidem possidenti tantum præstare, quantum veritatem Domino *L.* 136. *de R. I.* deficiente igitur repetitionis fundamento, Dominium puta, nec restitutio incumbit, nisi m. f. possessori *L.* 17. *§.* 1. *L.* 20. *ff.* & *L.* 1. *C. de Rei Vind.*

§. VII. Verum si dicamus quod res est, partum ancillæ a fructuum acquisitione *§.* 37. *I. de R. D.* & *acq. rer. dom.* clare distingui atque hominem ob præstantiam, accessionis loco non haberi *L.* 44. *ff. de ædil. ed.* noto notius est, quod vult *L.* 7. *§.* 3. *de except. rei jud.* si exceptionem rei judic. in causa matris, partui non nocere ait. Manifesto argumento in acquisitionis Dominii ratione posito aliam fructuum, aliam partus censeri innuit idem Vlp. *L.* 68. *ff. de usufr. L.* 28. *§.* 1. *ff. de Usur.* Quod si autem ipse textus *L.* 10. *de usur.* & *L. fin. C. de lib. caus.* differentiam inter partum

ante Lit. Cont. a b. f. possessore perceptum statuminet, eamque simul, *nisi specialiter & pro hoc egisset*, excipiat, tunc nisi usucapio libertatem præscripsisset, partus cum matre utique avocari potest. Brunn. ad *L.* 11. *ff. de Publ. in rem act.* Struv. *Ex.* 43. *th.* 9. Idque non per illam, quam ad repetendos fructus suppeditant condictionem sine causa *L.* 3. *C. de Cond. S. Caus.* Bachov. ad Treutl. *Vol.* 2. *Disp.* 22. *th.* 11. sed per speciales ad hoc in LL. datas actiones ex *l.* 11. *§.* 4. *de Publ. in rem act. L.* 48. *§.* 5. *ff. de furt.* nec non *l.* 4. §. 18. *& l.* 44. §. 2 *ff. de usurp. & usucap.* Non obstante supra cit. *pr. I. de ingen.* quod ex matre medio tempore libera natus, libertatis favor talem liberum faciat. *L.* 18. *ff de stat. hom. L.* 4. *C. de pœn.* quia mater, si cetera se paria habent, Jus Domino quæsitum nullo tempore per adsertam libertatem adimere valuit.

§. VIII. Sed ad alios nascendorum effectus intermedios proficuos pergimus, quos singulares habent, quando Prætor, ex pia providentia motus, bonorum possessionem, Decretalem dictam, contra Tabb. decernit, & ventrem in bonorum defuncti possessionem non mittit tantum, sed Curatorem quoque ventris adjungit, unde bonorum possessio sine re dicitur, qui bona interim administrans, prægnanti utero ad fœtus sustentationem promoventia alimenta præstat. *L.* 1. §. 19. *de ventr. in poss. L.* 6. *& L. fin. ff. de alim. & cib. leg.* qua prospectione ideo opus erat, quod secus neque partus existens, neque ejus nomine alius bonorum possessionem petere poterat. C. J. A. *tit. de ventr. in poss. mitt. th.* 1. De cujus missionis modo, forma & effectibus me ad DD. & Commentatores *in tit. ff. de ventr. in poss. mitt.* breviter refero. Lubet ex *L.* 3. *ff. si pars hered. pet.* superaddere, si ob uterum mulieris hereditatis portiones incertæ existunt, JCti medium secuti, ut tergeminis forte nascituris prospicerent, nec reliquos impedirent, ad certitudinem aliquam reduxerunt, & quartam interea partem superstiti filio adsignaverunt, donec levato utero singulis portio debita vel adcrescat vel decrescat. conf. Brunnem. *ad cit. L.* 3. Alia prægnantium commoda, quæ in suppliciis, territionibus, quæstionibus violentis aliisque serventur, praxis ex *L.* 18. *ff. de stat. hom. L.* 3. *ff. de pœn.* docet, & passim apud

rerum

rerum criminalium Scriptores evolvantur, Carpz. *Quæst. crim.* 118. cum iis, quæ prolixissime traduntur in *disp. de Jure prægnantium c.* 4. Jenæ habita, & Zaunschliffer. *disp. de Jure gravidarum.*

§. IX. Præclarum sane hæc usum exhibent in feudis, si Vasallus uxore prægnante relicta decesserit, quæ mediante hoc remedio provisionali in feudum interim mittitur, usque dum partum enixa fuerit. Stryk. *Vs mod. tit. de ventr. in poss. mitt.* §. 2. Idem *in disp. de Decreto Interimistico cap.* 2. *n.* 181. Quapropter illud Consilium forte Domino directo utilius, quam æquitati conformius videbitur, quod Illustris Consiliarius Intimus Borussicus, Dn. de Ludewig, in JCto quodam laudat, quem fructuariam curiæ feudali tutelam suasisse referebat. Consilii rationem a medii ævi temporibus petens, ubi inter Vasallos *tutelam* sic dictam *fructuariam*, die Lehenherrliche Vormundschaft/ obtinuisse memorant, quam Dominus directus in defuncti Vasalli relictos pupillos feudales ad annos usque majorennitatis gerens, fructus feudi proprietarie interim suos faceret, donec pupillus eam ætatem attingeret, quibus servitia solita præstare valeret, & tunc ipsum demum investiret, quibus finitis minorennitatis annis, ususfructus feudi etiam finiebatur. Hanc in Germaniæ provinciarum feudis viguisse, provocant ad Jus feud. Sax. *art.* 5. *cap.* 26. & in Anglia adhuc in usu esse, producunt Littleton *sect.* 103. *&* 125. Bracton. *l.* 2. *cap.* 35. Granville *l.* 2. *c.* 3. *& l.* 7. *c.* 9. De *Scotia* testem adferunt Th. Cragium *Jur. feud. Scot. c.* 20. *p.* 287. de *Normandia*, *Sicilia & Italia* Choppinum *l.* 2. *de moribus Paris. tit.* 7. & *de feudis* Andium *tit.* 2. & *de Domanio tit.* 19. conf. eund. Dn. de Ludewig *de Jure valetudinarii* breßhafter Soldaten *§.* 15. *p.* 115. 116. *lit. b. c. d. & ad A. B. tit.* 7. *§.* 4. *p.* 719. 720. At ne his consiliis alimenta miserabilibus personis præcidamus, nec nascendis adhuc pupillis in potentia tales jam existentibus nativitatis imminentis auxilium auferamus, nulla pallescentes culpa securam incedimus viam, & cum feudalia jura ejusque Scriptores parum vel nihil de fructuaria hac tutela doceant, nec nos ei pollicem premimus, exteris suos, si habent, relinquentes mores, arbitramur, Domino feudi non licere, jus quæsitum Vasallo, cujuscunque is fuerit ætatis, adi-

mere, quippe cui servitia, quamvis per 2. *F.* 26. *§. si quis decesserit.* remissa, per observantiam tamen debita durantibus annis pupillaribus vel pecunia penduntur, vel per substitutos præstantur. Struv. *S. J. F. c.* 11. *aph.* 6. *& n.* 2.

§. X. Nonnunquam casu contingit, ut fœtum in utero inclusum, ob intervenientem matris mortem, *ventre* ejus *exsectum* quasi nasci dicamus, arg. *L.* 132. *§.* 1. *ff. de V. S.* qui *Embryo* hinc *exsectus* vel *cæsus* adpellitatur, de quibus habent *L.* 6. *in fin. ff. de inoff. test. L.* 12. *pr. ff. de lib. & posth. L.* 141. *ff de V. S.* unde Cæsaris sive Cæsii nomen, Cæsarem, illum Romanæ Monarchiæ potentissimum instauratorem, accepisse historia narrat, quod defunctæ matris utero excisus fuerat, sicut de Scipione Afric. priore idem legitur apud Solin. *Polyh. cap.* 4. Hi, licet quoad nativitatis actum imperfectionem aliquam patiantur, corpore tamen perfecte exsecti, omnes cum aliis posthumis communes juris effectus nanciscuntur. Quæ, cum celeberrimæ Almæ Gissensis inclyta Facultas Juridica, tunc temporis Præceptores mei æternum venerandi, ad facti speciem ipsis propositam, egregie deduxerint, nil vetat, quo minus integrum Responsum hic adtexatur, addito simul eo, quod Facultas Medica de casu statuerit; Factum autem ita se habet: Sempronia cum Titio nupta, in nono matrimonii mense, gravi in tertium usque mensem correpta morbo, die 9. Februarii testamentum condidit, quo facto, quinto Martii prægnans diem pie obiit supremum. Quoniam autem mortalibus nihil conservatione hominis carius esto, obstetrix ad judicandum de fœtu adcersita, ex artis peritia confirmabat, fœtum adhuc vivere, pro quo conservando, & sacræ undæ adspersione beatitudini æternæ initiando, sine mora tres Medicinæ DD. in consilium adhibiti, auxiliatrice Chirurgi ope, ex defunctæ utero filiolam vivam exsecuerunt, & Parocho ad baptizandum tradiderunt, quæ tamen, vi materni morbi debilitata, e terris ad sidera post matrem mox evolavit. Sempronia, fœtum sibi vivum superfuturum esse non credens, in testamento illum præteriit, sed Titio marito, herede instituto, diversa simul legata scripsit. Adeoque rupto sic, per filiolam posthumam, testamento, heres matris ab intestato existebat, cui

patrem

patrem deinde justo succedendi ordine plenius ac ex testamenti dispositione succedere JCti Gissenses judicarunt.

Als uns Decano, Doctoribus und Professoribus der Juristen-Facultät / bey Hoch-Fürstl. Hessischer Universität zu Giessen / vorgesezte Facti Species samt denen Beylagen sub Lit. A. & B. zugeschickt / und über folgende Fragen / unsere rechtliche Meinung zu ertheilen / ersuchet und gebetten worden; so haben wir alles mit Fleiß verlesen / und collegialiter wohl erwogen / berichten demnach /

Auf die erste Frage:

Ob der aus Mutter-Leib geschnittene Embryo oder Posthumus das mütterliche Testament und zwar dergestalt annullire oder nicht / daß dessen noch lebender Vatter Titius der Semproniæ Erbschafft mit Vorbeygehung sothanen Testaments ab intestato antretten könne / und nicht schuldig sey / die von seiner Ehe-Consortin verschaffte Legata auszurichten?

Ob zwar 1.) Rechtens ist / quod per nativitatem posthumi, qui testamento non institutus sed præteritus est, testamentum rumpatur, §. 1. *l. d. Exhered. liber.* und solches 2.) auch alsdenn statt hat / quando posthumus illico decessit, antequam vocem ederet. *L. 2. & 3. C. d. Posth. hered.* ingleichen 3.) auch ad partum Cæsareum extendiret wird / modo cum spiritu editus sit, *l. 12. ff. d. Lib. & posth. hered.* Musæus *de Autorit. Hippocrat. in Jure Civ. & Can. cap. 2. §. 6.* quemadmodum de filio quodam, qui quinto mense ventre matris exsectus & spirare adhuc visus fuit, curia Parisiensis judicavit, contra pater exsecti partus ad successionem ab intestato in bonis uxoris admittendus esset, uti testatur. Choppin. *de privileg. Rusticor. l. 3. cap. 8.* Welches dann 4.) auf gegenwärtigen Casum, so viel desto mehr applicabel zu seyn scheinet / weil der fœtus exsectus, laut des Attestati dreyer Medicorum sub lit. A. wohl gebildet gewesen / auch sowohl durch den motum cordis als auch daß die Bewegung der Achseln / klare Anzeigungen des Lebens soll gegeben haben / auch laut des von hiesiger Löbl. Medicinischen Facultät auf unser

Gut-

Gutbefinden ertheilten Responsi zu præsumiren und zu glauben ist/ daß er den gewöhnlichen partus terminum möge erreichet haben/ und wo er nicht durch die harte 3.monatliche Kranckheit und hierauf erfolgten Tod der Mutter zu sehr wäre geschwächet worden/ extra uterum wohl hätte leben / und subsistiren können / auch also pro perfecto & maturo, nicht aber pro abortu zu halten sey/ besage Respons. Facult. Medicinæ; weßhalben er auch sogleich von dem Parocho ist getauffet worden / laut Beylag sub lit. B. Und 5.) in denen Rechten deutlich versehen ist / quod ex testamento per nativitatem posthumi rupto nec legata debeantur, *L.* 1. *C. de Posth. hered. inst.* Woraus man also schliessen möchte / als ob der Semproniæ Testament/ durch den nach ihrem Tod aus Mutterleib geschnittenen Partum allerdings rumpiret / und dergestalt annulliret sey / daß dessen noch lebender Vatter der Semproniæ Erbschafft ab intestato antretten könne / und die Legata zu præstiren / nicht schuldig sey.

Alldieweil aber 1.) hier de testamento matris gefragt wird/ und aus denen Rechten bekannt ist/ quod mater non teneatur liberos instituere vel exheredare, sed matris præteritio pro exhæredatione & saltem pro querela inofficiosi testamenti rescindi possit *§. ult. Inst. de exhered. liber.* Huber. *prælect. Jur. tit. de liber. & posth. p.* 328. und 2.) solches auch in casu, quo posthumus inique exheredatus vel præteritus est, statt findet / ut licet nulla in ipsum ingratitudinis causa cadere posset, tamen testam. non sit nullum, sed per querelam inofficiosi rescindatur. *§.* 2. *I. d. inoff. test.* Franzk. *Exerc.* 6. *Quæst.* 4. *in fin.* Vinn. *ad dict. §.* 2. *I. d. t.* Bardili *Conclus. Theor. pract. Exerc.* 6. *concl.* 6. Nun aber 3.) in Jure novo ausdrücklich verordnet ist/ quod per querelam non totum testamentum, sed saltem quoad heredis institutionem rescindatur, legata a. & reliqua testamenti capita subsistant. *Nov.* 115. *cap.* 3. *in fine.* Welches 4.) juxta communem sententiam in genere, non ad omnes casus, quod testamentum ex causa exheredationis vel præteritionis irritum est, extendiret wird / ut legata firma maneant. Auth. *ex causa C. d. liber. præter.* Struv. *S. I. C. Exerc.* 32. *th. in fine. & in Evolut. lib.* 5. *tit.* 2.

Quæst. 2.

Quæst. 2. & *lib.* 28. *tit.* 2. Richt. *ad Auth. ex causa C. d. liber. præterit.* Jngleichen 5.) quando posthumus scienter præteritus (wie im gegenwärtigen Casu,) rumpit testamentum, institutio quidem vitietur, sed legata salva maneant, Coccej *Jur. controv. lib.* 28. *tit.* 2. *Quæst.* 9. Sichard. *ad Auth. ex causa C. d. lib. præter. n.* 4. & *ad L.* 1. *C. d. Posth. hered. inst.* Brunnem. *ad dict. Auth. ex causa C. d. liber. præter.* Carpzov. *lib.* 6. *Resp.* 10. & *Jpr. For. P.* 3. *C.* 9. *def.* 4. Clarus §. *Testamentum, Quæst.* 52. *n.* 3. Jnmassen 6) dem vorhin in contrarium angeführten textui in *L.* 1. *C. d. Posth. hered. inst.* durch die Nov. 115. und die Auth. ex causa *C. d. liber. præter.* derogiret ist/ Sichard. *ad dict. L.* 1. *C. d. liber. præter.* gestalten auch sonsten 7.) quando mater præterit liberos non addita causa das testamentum zwar quoad institutionem keine Kräffte hat/ die Legata aber und Fideicommissa gültig bleiben. Coccej. *Jur. controv. lib.* 5. *tit.* 2. *Quæst.* 4. & 6. Richter. *ad Auth. ex causa C. d. liber. præter.* Woraus 8.) allerdings folget/ daß/ gleichwie der Semproniæ posthumus, oder der nach ihrem Todt aus der Mutterleib geschnittene Partus, wenn er bey Leben würde geblieben seyn/ die in dem mütterlichen Testament enthaltene Legata hätte abstatten müssen/ also nothwendig nun auch der Vatter/ als Heres seines Kindes/ dieselbe Legata abzutragen schuldig sey/ quoniam heres in locum & universum jus quod defunctus, tempore mortis non saltem active, sed etiam passive habuit, succedit, *l.* 59. & 62. *ff. d. R. I.* Zumal da auch 9.) dieses der præsumtæ voluntati und intentioni testatricis allerdings gemäß ist/ weil ja gar nicht zu vermuthen ist/ daß sie ihren Ehe-Herrn nicht ex asse, sondern nebst ihren Eltern zum Erben eingesezt/ und dennoch mit Legatis onerirt hat/ sie denselben von denen Legatis habe befreyen wollen/ wenn er ihre gantze Erbschafft bekommen würde/ vielmehr zu glauben ist/ daß/ wann sie von dem gegenwärtigen Casu, da ihr Ehe-Herr solitarie & exclusis parentibus testatricis succediret/ würde gefragt seyn/ sie dieselbe Legata von ihrem Ehe-Herrn so vielmehr habe præstiret wissen wollen/ atqui in testamentis semper eo respiciendum est, quid testator interrogatus probabiliter respondisset. *L. cum in testa-*

mentis 24. *ff. de Reb. dub.* Marburg. *vol.* 3. *Consil.* 34. *n.* 144. Menoch. *lib.* 4. *præs. c.* 2. *n.* 18. So sind wir der rechtlichen Meinung / daß der Semproniæ Testament per exsectum partum non in totum rumpirt / sondern der lebende Vatter / als Heres seines Kindes / die von der Semproniæ disponirte Legata zu præstiren schuldig.

Medicorum vero Responsum casum ita illustrabat:

Auf vorhergehende Requisition einer Hochlöbl. Juristen-Facultät allhier / haben wir / Decanus, Senior, Doctores und Professores Ordinarii der Medicinischen Facultät zu Giessen / die uns communicirte Speciem Facti und Bericht der Medicorum mit gehörigem Fleiß durchlesen / und halten demnach in reifflichen und Collegialischen Uberlegungen alle darinnen occurrirende Umstände auf diejenige Frage:

Ob der in facti specie und dessen Beylage sub lit. A. beschriebene partus exsectus pro perfecto & maturo, qui vivere potuerit, oder aber pro immaturo & abortu zu halten seye?

denen principiis Anatomico-Medicis gemäß: daß / weilen dieser fœtus exsectus, laut des Attestati dreyer Medicorum, wohl gebildet gewesen / auch sowohl durch den motum cordis, als durch die Bewegung der Achseln / klare Anzeigungen des Lebens soll gegeben haben / billig zu præsumiren und zu glauben seye / daß er den gewöhnlichen partus terminum möge erreichet haben / und wo er nicht durch die harte 3. monathl. Kranckheit und hierauf erfolgten Tod der Mutter zu sehr wäre geschwächet worden / extra uterum wohl hätte leben und subsistiren können / auch also pro perfecto & maturo, nicht aber pro abortu zu halten seye. In Urkund unsers hierbey gedruckten Facultät-Insigels. Sign. Giessen / den 31. Maji 1719.

Vbi jam nostrum non est, multis ad ea respondere, quæ in contrarium disserendo publicis typis prodierunt in Dissert. Inaug. *de Jure posthumi ex utero exsecti*, a Dn. Joh. Frid. Schmidt, Moguntiæ Ann 1720.

§. XI.

§. XI. Quilibet videt, utrorumque, & naſcendorum & exſectorum embryonum, ſtatum intermedium eſſe, ejusque effectus eo usque durare, quoad perfecte vel naſcantur, vel per felicem ſecturam humanis rebus ſalvi vivique exhibeantur; quo facto, ambos pari juris utilitate juvari, ex prædictis, pro inſtituta parificatione, ſponte pateſcit. Atque ſic nemo in poſterum ipſis reliquorum natorum jura, actiones atque commercia, perinde minus, ac aliis ordine natis denegabit.

§. XII. Ephebis exceſſis, ubi pubertatis maturitatem juvenes ſentiunt, ſe regere, & matrimonia contrahere poſſe intelliguntur, *pr. I. de nupt.* atque familiæ propaginem adpetunt. Licet autem uterque ſexus virgines agnoſcat, quales maſculos & fœmellas adhuc incorruptas Veneris uſum non expertas facit, Calvin. *Lex. jurid. voce Virgo.* hisque maritatæ opponuntur; attamen juſtam corporum miſcendi licentiam venerem illicitam præoccupare quotidie videmus, ex quibus amorum amplexibus virgines fœminas inter & uxores nuptas intermedium manifeſto ſe oculis ſubjicit, *earum, quæ amoris fervore pellectæ florum virginalium jacturam paſſæ*, deflorationis notas in corpore geſtant. Nam vehementius nihil eſſe furore amoris, quem retinere perfectæ eſt philoſophiæ, ait Imp. *in Nov. 74. c. 4. pr.* unde defloratæ, devirginatæ, *L. fin. ff. de Off. præſid.* vitiatæ, ſtupratæ, in propria hujus vocis *per §. 4. I. de publ. jud. L. 22. & 29. C. ad L. Jul. de adult.* ſumpta acceptione, paſſim dicuntur, Germ. geſchändete/ zu Fall gebrachte / verführte/ geſchwächete/ deflorirte / quas merito intermediis adnumeramus, quia præcipua de iis in omni Jure diſpoſita leguntur.

§. XIII. Scilicet Lex divina moralis poſitiva præcepit, ut ſtuprator ſtupratam non dotet ſolum, ſed etiam ducat, *Exod. 22. v. 16. Item, ſi quis pellexerit virginem, quæ non eſt deſponſata, & cubaverit cum ea, omnino conſtituens ei dotem accipiat eam in uxorem.* Significantius B. Dn. Lutherus mentem vertendo ſic exprimit: Wenn jemand eine Jungfrau beredet / die noch nicht vertrauet iſt/ und beſchläfft ſie/ der ſoll ihr geben ihre Morgengabe / und ſie zum Weibe haben. quod repetitur *Deut. 22.*

 v. 28.

v. 28. 29. Idem ſtatuit Jus Can. *cap.* 1. *X. de adult. & ſtupr.* in verbis: Ex qua Legis generalitate inferas, nullum plane LLatores reſpectum habuiſſe, utrum puella ſub perſuaſione futuri matrimonii, vel absque ejus ſpe, ſit allecta, uti quidam DD. inter Jus Div. & Canon. citra auctoritatis fundamentum fingunt, ut Sand. *Dec. Friſ. l.* 1. *tit.* 1. *def.* 10. *n.* 1. Zoeſ. *in Comm. ad ff. tit. ad L. Jul. de adult. n.* 60. Perez. *ad Cod. de adult. n.* 15.

§. XIV. Parum æquitatis habet, particulæ conjunctivæ *Et* mutatio in diviſionis notam *Aut*, quæ ſtupratori τὸ *Aut duc, aut dota* eligere permittit. Quam minime defendent ex *cap.* 2. *X. de adult. & ſtupr.* ſed Pontifex Gregorius de ſpeciali caſu ſtatuit, ut, qui vitiavit virginem, eam ducat, aut corporaliter caſtigatus in monaſterium detrudatur, ibique facinoris pœnitentiam agat. Quoniam autem tetra labes moribus ſæpe inducitur, factum eſt, ut vel ſtupratorum divitum renitentia, & perſuaſa ſtupratorum pauperum facili juris ceſſione, vel nova decidendi ratione excogitata, per totam fere Germaniam electio hæc in obſervantiam degeneraverit, qua per ſtatuta, Conſiſtoriorum recepta præjudicia & Judicum ſententias ſtuprator non amplius præciſe tenetur, ſtupratam & dotare, & ducere, ſed ſufficit, ſi eam non ducturam, tantum pro conditione puellæque qualititate dotet, teſtantibus Menoch. *de A. J. Qu. lib.* 2. *caſ.* 288. *n.* 14.

§ XV. Equidem Beſoldi *in p.* 6. *Conſ.* 261. *n.* 40. *&* 41. ratio disjunctionis inventa, multos adſentientes occupavit, quoniam metuendum, ne puellæ ob carnalem copulam ſibi maritos quærant, ſe quibusvis juvenibus proſtituant & occaſionem peccandi honeſtiſſimis præbeant, conf. Carpz. *Jpr. Conſ. lib.* 2. *Def.* 299. *n.* 7. Berl. *Concl.* 38. *n.* 17. quo judices eo inclinantes ſæpe dicere audiamus: Wer wollte einer jeden Hure einen Mann geben? Verum contra apertam Legis divinæ generalitatem, cujus LLator non in laſcivarum puellarum gratiam, ſed ſeductarum ſolatium Legem tulit. Recte igitur disjunctionem improbat Brunn. *de Jure Eccl. L.* 2. *c.* 18. *§.* 26. optante Stryck in *not.* ad Brunn. *c. l.* ut in Praxi ita pronunciaretur. Niſi unico ab ipſo Deo caſu excepto, ſi pater virginis deflora-

defloratam ſtupratori juſtis ex cauſis collocare renuet. *Exod.* 22. *verſ.* 17. *& cap.* 1. *X. de adult. & ſtupr.* tunc ſola dotatio pro patrimonii viribus ſufficit, adſtipulante *L.* 60. *& L.* 69. *§.* 5. *ff. de Jur. dot.* Ex qua in LL. minime fundata disjunctione dotationis a ducendo procul dubio frequentiores modernæ *dotes ſine matrimonio* primam originem traxerunt. Confer. Diſput. B. Cancellar. Mollenbecii, *de dote ſine Matrimonio Gieſæ habita.*

§. XVI. Atque hæc ita in virginibus æque ac viduis obtinere, putamus per *§.* 4. *J. de publ. Jud. L.* 6. *§.* 1. *ff. ad L. Jul. de adult. ord. Crim. Art.* 119. ibi: einer unverläumbdeten Ehefrauen/ Wittben/ oder Jungfrauen/ nec enim proprie ob corruptum virginitatis cingulum, hæc ſatisfactio fit, ſed ob damnum potius futurarum nuptiarum illatum quod vidua perinde ac virgo patitur, & ne ſtuprum viduale impunitum maneat. De quo videas Cancell. Mollenbec. in *dict. Diſſ. ſect.* 2. *§.* 7. cum allegatis ibi diſſentientibus, qui non de vidua honeſta, ſed de luxurioſa & ſe vulgo proſtituente interpretandi ſunt. Idque nulla habita inter virginum conditionem ratione generis & divitiarum, ob textuum allegatorum generalitatem, & ob pulchram a laudato Dn. Mollenb. *d l. §.* 6. ſubter annexam rationem; *Sane*, ſcribente, *pauperem vitiare æque criminoſum eſt, atque divitem, cum ſæpe illa pudicitiæ obſervantior ſit, quam quæ amplioribus libidinum occaſionibus proſtat.*

§. XVII. Qua tamen Juris conſtitutione excludo, ab alio jam carnaliter cognitas, miſerationem non merentes, quas ludibrio ſemel expoſitas, dementia iterum cepit. Menoch. *L.* 2. *de A. J. Q. Cent.* 3. *Cauſ.* 288 *n.* 15. Adeoque ordinaria fornicationis animadverſio obtinebit; cum quo convenit proverbialis locutio, primum Infantem vocans, *virginis*, ein Jungfern-Kindgen/ alterum *affectionis*, ein Affections-Kindgen / tertium demum *meretricium* ein Huren-Kind/ oder da ſich dieſelbe Weibs Perſon in die Unzüchtigkeit und Dreck geleget / und geſchwängert würde / vertente ſic *Stat. Hamb. P.* 4. *art.* 28. quam indignam facimus ſatis factione ſi in admittendo incauta conceperit, ſicubi inter intermedias hæ ſe plerumque ipſas collocent, juxta vulgarem inde natam paroe-

miam dicentes: *Prima non ſum meretrix.* Ich bin nicht die erſte Hur.

§. XVIII. Potiori tamen Jure huc referas vi compreſſam, eine genothzüchtigte. Vt ex ſtupratoris bonis dotationem accipiat, pœnam vero licet matrimonium inire cupiat, fuſtigationis vel aliam arbitrariam aut pro circumſtantiis gladii capitalem ſtuprator incidat; *Ord. Crim. art.* 119. Licet cum Brunn. *in Jur. Eccl. l. 2. c.* 18. *§.* 27. ibique Stryck. *Deut.* 22. *n.* 4. 28. mitius ſentiamus, ſi vim paſſa cum ſtupratore matrimonium ineundum conſentiat, & pro eo intercedat, ut ob partis innocentis & matrimonii favorem ultimum ſupplicium juſte mitigari poſſit.

§. XIX. Ad petendam hanc dotationem & ad ſe ducendum ſtupratæ experiuntur ex *Canone. ſcilicet* vel *Cap.* 1. *X. de adult.* vel *moribus*, ex Canoniſtarum doctrina, & Conſiſtoriorum uſu. Sed an actio ex ſtipulatu per *L. un. §.* 1. *&* 13. *C. de rei ux. act.* in caſibus his competat, quæſtio eſt altioris indaginis, quam affirmare non veremur. Nam ecce, ſicuti ex quocunque conſenſu declarato, obligatio inducitur, atque hac in re aliquid eſt, quod ad contractuum naturam accedit: ita, qui deliquit, uti in noſtro ſubſtrato, ſua voluntate ſe videtur pœnæ obligaſſe. *l.* 34. *D. de J. F.* Grot. *de J. B. & P. l. 2. c.* 20. *§.* 2. *n.* 3. quia id pœnæ in tales erat conſtitutum. conf. Hochſtett, *in Tract. de pœnar. Jure Sect.* 6. *§. p. m.* 57. *&* 58. Sequitur, quod, qui ſtuprum commiſerunt, etiam ea, quæ circa hoc Jura diſpoſuerunt, ſtipulata eſſe cenſeantur, adeoque ex ſtipulatione interpretativa ſeu tacita cit. *l. un.* §. 13. vel ficta conveniuntur. *l. un. pr. C. de rei ux. act.* Struv. *Ex.* 30. *th.* 10. quæ actio naturali aut ſpuriæ quoque filiæ adverſus patrem naturalem ob matrimonii & dotis favorem citra perſonæ qualitatis reſpectum datur. *t. t. C. de rei ux. act.* ſiquidem actio exſtipulatu ad id inſuper inventa, ut dotes non ſtipulatæ interpretative petantur. Verum nec *Rei Vindic. utilem* eis negabimus, arg. *l.* 30. *C. de Jur. dot.* ex ratione, quod dominium rerum dotalium ipſo jure ad uxorem ejusque heredes redeat, Struv. *Ex.* 30. *th.* 47. & hæc revera ſit dos, quamvis matrimonium interdum non ſequatur, cujus dotis petitio ſtatim

nec

nec expectato matrimonio obtinet, & ad ſtupratæ ejusque heredem, ex rei perſecutoriæ actionis analogia per *§. 1. I. de perp. & temp. act. l. 1. §. 1. ff. de priv. del.* tranſit, ex qua rationis paritate contra ſtupratorem ejusque heredes etiam datur. Quæ actiones evaneſcunt per *Renunciationem* expreſſam *l. 29. C. de pact.* vel tacitam per lapſum 30. annorum arg. *l. 3. & 4. C. de longiſſ. temp. praeſcr.* Aut ſi alia Juris & facti impedimenta intervenerint.

§. XX. Vbi minime ſilentio prætereundum, num in probando ſtupro poſitiones mediante juramento dand. & reſp. admittere liceat? Res non adeo liquet, quia effective duo hic juramenta inter ſe collidunt, quorum alterutrum animæ periculum facere metuitur. Verum utique admittendas eſſe poſitiones ſtatuimus, & præjudiciis illuſtramus, ſiquidem hæ repetitio ſunt actionis, ut eliciatur confeſſio & actoris intentio, utque veritatis eruendæ probatio facilior præparetur. Brunn. *Pr. Civ. c. 17. n. 1. & 2.* Ludovici *in Proc. civ. c. 13. §. 12.* Vnde Brunnem. colliſionem licet juramentorum probe ponderans, denegare tamen noluit, & in praxi ſolitas eſſe poſitiones conceſſit, *in Tr. de Jur. eccl. l. 3. c. 4. §. 2. & 3. & c. 5. §. 3.* Quo fundamento niſus, hunc probationis modum in ſimili caſu ipſe adhibui, ut ſcilicet ſtuprator mediante juram. reſpond. ad poſitiones nomine ſtupratæ poſitas reſpondeat, iis vero per Decretum d. 8. Martii 1728. rejectis: Dieſe Poſitional-Articul werden als unzuläßig hiermit verworffen / und der Klägerin noch 14 Tage Zeit verſtattet / den ihr injungirten Beweiß in andere Weg und Art zu præſtiren. Reviſionem juſte interpoſui, verum auctoritate rationum Menochii *de A. J. Q. l. 1. qu. 35. n. 25.* Maſcard. *de Probat. concl. 1182. n. 42. & 43.* atque ad abbreviandam litem & puellæ parcendos ſumptus, una cum Gravaminum reviſionalium deductione, probationem per teſtes, in quantum exiſtebat, egi, juſta opinione motus, Judicem ad probationis defectum ſupplendum, Reſponſionem ad poſitiones per ſententiam ſtupratori injuncturum, atque ſic ſuppleturum, quod Reſponſionibus alias eſſet ſubnectendum, cujus effectus adhuc ſub Judice pendet.

§. XXI. Progrediamur ad ipſa Matrimonia, in quibus ſæpius juſto ſeparationes fieri videmus, cum amor in conjugibus initio ferventiſſimus

tiſſimus poſtea minuatur. *L.* 14. *§.* 1. *C. de non num. pec.* unde parœmia nata: **Wenn die Liebe alſo zunähme/ als ſie abnimmt ſo fräſſen ſich die Eheleute vor Liebe.** Hertius *L.* 1. *par.* 29. hinc remiſſo iterum friguſculo, *inſtauratum ſ. redintegratum* oritur matrimonium, quod & *poſterius*, *L.* 30. *ff. de Jure dot. ſecundum*, *L.* 69. *ff. eod.* vocatur, ad quam differentiam reſpexiſſe videtur Vlp. *in L.* 13. *§.* 9. *ff. ad L. Jul. de adult.* Non vero ipſum inſtauratum matrimonium, ſed tempus a facto divortio ad reconciliationem usque eſt intermedium, quod proprios ſuos effectus producit, quos *L.* 19. *ff. ſol. matr.* & dotis quoque judicium durante tali divortio agi, exprimit. *L.* 66. *§.* 5. *ff. eod.* Luculentiores vero ex divortio revera facto oriuntur, atque ad id confeſtim agitur, quod ex ſoluto matrimonio petitur, Dotis ſcilicet repetitio aut æſtimatio. *L.* 42. *de Jur. dot. L* 5. 10. 21. *C. eod.* cum fructibus ante & poſt matrim. perceptis. *L.* 7. *ff. d. t.* quia ſine cauſa apud maritum erat., *L.* 38. *§.* 12 *ff. de Vſur. L.* 7. 11. *&* 31. *§. fin. ff. ſol. matr.* itidem ſicuti res propter nuptias datæ, ita etiam donatio propter nuptias, aut ea non conſtituta, quarta mariti bonorum pars, exiguntur. *L.* 11. *§.* 1. *&* 2. *C. de Repud.* Extraneus quoque dotem commiſſam repetit, & retinet; adeoque ambo conjuges, dum in cœlibem quaſi ſtatum recidunt, corporum ſuorum domini liberi fiunt, quo durante divortii intervallo omnia ſibi agunt atque acquirunt.

§. XXII. Redintegrato poſtea matrimonio ad ea, quæ per intermedium tempus fuere acta, omnino eſt attendendum. Enimvero jx. *L.* 19. *ff. ſol. matr.* expiret judicium, & omnia in priſtino ſtatu maneant, uti de priſtinæ dotis nova conceſſione innuit *L.* 64. *de Jure dot. verſ. poſt divortium mulier, ſi de dote maritus nihil cavit, & cum alii nupſiſſet, poſtea ad priorem virum rediit, tacite dos ei redintegratur.* Idque ſi cœptis judiciis adbuc pendentibus obtinet, potivs actionibus nondum inſtitutis valebit, *L.* 13. *de Jur. dot.* aut ſi prior dos ex parte vel tota apud eundem maritum adhuc exiſtat. *L. pen. §.* 5. *ff. ſol. matr.* quorſum verba dubia alias apparentia in *L.* 30. *verſ. dotem, quæ in prius & L.* 30. *ff. de Jur. dot. DD. explicant.* Idem de *Paraphernalibus* a marito adminiſtratis ſentien-

tiendum. *L. 3. §. 3. ff. de Jur. dot.* De quo breviter ita in genere inferimus, quicquid uxori ultra dotem vel ejus occasione vel aliunde interea obvenit, illud marito renupto intulisse haud præsumitur, nisi de eo expresse fuerit conventum. Est enim alienationis species, quæ facti & probanda, *L. 11. de R. J.* nec quis suum jactare præsumitur. *L. 25. ff. de probat. L. 48. §. 3. ff. de furt.* quod casu illustrat Canc. Hert. *in Diss. de matrim. instaur. & consc. sect. 1. §. 14.* Extraneus vero ob divortium ad novam dotis repetitæ constitutionem non teneri certo certius est, sed de novo consentiente stipulatore constituatur. *L. 63. ff. de divort.* quam Schilt. ad Herenn. Modest. *c. 4. §. 5. & seqq.* exposuit, nisi de consensu ad redintegrandum matrimonium rogatus, eum impertierit. *L. 29. §. 1. ff. de pact. dot.* arg. *L. 1. §. fin. ff. quod cuique univ. nom.*

§. XXIII. Sequitur aliud matrimonii intermedium, quod *Conscientiæ* vocamus, s. *Mariage de Conscience*, Gewissens-Ehe/ Gewissens-Heurath. Inter intermedia id cur referam, definitio dabit: est enim, definiente Joh. Andrea van der Mulen *in foro consc. P. 2. qu. 4. matrimonii contractus, qui inter contrahentes mutuo consensu carnali copula confirmatus, non tamen rite celebratus est.* Nec idem cum stupro aut concubinatu est, in illo enim delinquitur, in hoc vero velut licita consuetudine cum concubina seu focaria *L. 2. C. de donat. int. vir. & ux.* corpus miscetur. *L. 144. de V. S.* Interim tamen matrimonium legitimum atque solenne, ob solennia ejus deficientia & favorem conservandarum familiarum illustrium, vel ob alias causas toleratur, quas vide apud Salmuth. *in Republ. de Matrim. Princ. cum Virg. nob.* Pufend. *de J. N. & G. l. 6. c. 1. §. 36.* Conferri meretur Willenberg. *in Disp. de eodem Matrim.* cujus exempla, allegare odiosa, ævum nostrum satis illustria novit, quæ ex historiarum annalibus evolvantur.

§. XXIV. Singularia hujus intermedii γνωρίσματα in eo notamus, quod alteruter conjugum ad hoc provocans, & jura sibi inde competentia adserens illud contractum esse probet; Ubi enim de nuptialibus solemnibus nihil prorsus liquet, in dubio non pro matrimonio, sed pro concubinatu conjecturandum esse, recte docuerunt Alciat. *Reg. 3. de præsumt. 1. n. 77.* Matth. Wesenb. *Cons. 44.* quan-

quam diſſentiant plures ap. Menoch. *l.* 3. *de præſumt. l.* 1. *C.* 1. *n.* 78. *ſeq.* quos omittimus. Ancillabuntur tamen præſumtiones a Pontifice *in cap. illud.* 8. *de præſumt.* ſubminiſtratæ; utpote ſi duo ſimul habitare cœperint, dotalia inſtrumenta fecerint, invicem ſe conjuges appellaverint, ſimul vixerint, & concubuerint, in vicinia pro conjugibus habiti ſint, atque decennium ſic una exegerint. *junct. C.* 12. *X. qui filii ſint legit.* conf. Hert. *in Diſp. de Matr. put.* §. 4. Verum probabitur per conjugum confeſſionem ſuo tempore declaratam. per *cit. cap.* 12. *& gloſſ. in c.* 5. *verſ. confeſſionem. X. de eo qui cogn. conſang.* nam utriusque confeſſio pro matrimonio facta ob ejus favorem & inde redundantes effectus veritatis præſumtionem inducit. *c.* 22. *X. de teſt. l.* 1. *§.* 12. *ff. de agn. l. al. lib.* aut in teſtamento aliaque viventium diſpoſitione per conjugis ſeu filii appellationem *Auth. ſi quis C. de nat. lib. Nov.* 117. *c.* 2. quam vehementem dicit præſumtionem, & ad legitimationem ſufficientem, Card. Tuſch. *Concl. Pr. Tom.* 5 *Concl.* 130. *n.* 21. hæc quomodo fiunt & teſtes requiruntur conf. Diſput. Inaug. de Matrim. conſc. & ad Thalac. *Sect.* 2. *§.* 34.

§. XXV. Velut diſtinctam, licet affinem, intermedii ſpeciem in hunc ordinem referas, *Matrimonium putativum*, quod ex Juris Rom. ore *quaſi tale*, audimus, eine Schein-Ehe/ eine vermeynte Ehe. Conſ. Argent. *Vol.* 1. *conſ.* 46. *n.* 25. Quod inter conjuges, qui conjungi de Jure non poſſunt, bona fide ſolenniter contrahitur. Cujus qualitatem per integram tractationem ſolidiſſime reliquit Hertius in Diſput. *de matrimon. putat.* ad quam cupidi Lectoris ſtudium ablego, mihi ſufficere ratus, ſi 1.) indigitavero, eum intermedii effectum eſſe, quod interea temporis, quo error ſubſtantialis & matrimonium alias impediens ignoratur, nihil vetet, quin legitimum cenſeatur, atque hinc omnes medios effectus ex juris analogia etiam poſt ejus ſolutionem legitimos omnino ſemper habeat, atque retineat. 2.) Non idem eſſe cum matrimonio conſcientiæ, ob plane huic deficientes ſolennitates, quas tamen putativo adeſſe cernimus. Nam rite quoad formalia celebratur, quoad materialia autem, in uno alterove ſubjectorum conjunctorum vitium ſe poſtea exſerit.

§. XXVI. Equidem putativæ uxori eos non attribuimus effectus, quibus juſtæ uxores potiuntur, quia putativæ uxoris & dotis appel-

latione in LL. non venit, *L. un. ff. und. Vir & ux. L.* 1. §. *fin. ff. pro dote.* Attamen privilegio prælationis quasi personali ante alios chirographarios uti posse, putativæ uxori concedunt Lauterb. *in Disput. de privil. Cred. person. th.* 31. *& in Tr. Synopt. de hypoth. Leg.* §. 18. quamvis sint, qui recedant & tacitam tantum hypothecam ejusmodi uxori insuper concedant. *arg. L.* 74. *vers. ut uxor habeatur ff. de Jure dot. L.* 17. *§.* 1. *vers. quasi uxor deducta sit. ff. de reb. auth. jud poss.* nam bona fides, per quam hæ nuptiæ fuere ingressæ, possessori tantum præstat, quantum Domino veritas. *L.* 25. *§.* 1. *ff. de Usur. L.* 136. *ff. de Reg. Jur.* addita simul limitatione; *quoties Lex impedimento non est*, & dum interea, quo error se nondum detexerit, pro vera uxore ejus habetur, jura ipsi competere fas est. Instituet vero, *condictionem ob causam datorum ex L.* 1. *C. de Cond. ob caus. dat.* ubi obstantem *L.* 4. *L. de incest. nupt.* fiscum successorem facientem, sic resolvimus, ut de uxore scienter putative nubente intelligatur, quia alias ad incogitata extenderetur, quæ vero legum dispositioni non subsunt; sed L. 1. de bonæ fidei putativa tali statuat.

§. XXVII. Nupti liberorum procreatione fiunt Parentes, in quorum relationem intermediam *Vitricum & Novercam*, die Stief-Eltern sistimus. Vitrici derivationem nullibi hactenus legi; sed de noverca sinistram plane Accursius evolvit, quam dictam vult, quasi sit *nocens arca*, vel *nova arca* sine fructu, quod plerumque privignis noceat, sibique provideat. *Sichard.* Germanicum autem Stief non inepte derives a Steif / qua rigidum notamus, quia rigidos se plerumque in liberos illatos ostendunt, & Galli *Maratre*, quasi atram matrem apprime vertunt; imo si omnium malorum causam & injustitiam in unum comprehendimus, Novercam esse dicimus, sive es stiefft sich. Cui malo Menalcas apud Virgilium ingemiscit: *Est mihi domi pater, est injusta noverca.* Id per significatiorem indigitat complexum paroem. germ. ein Sief-Vatter / eine Sief-Mutter. vel Wenn die Henne zum Hahnen gehet / vergißt sie ihrer Jungen. *Mater liberis vitricum adsciscens, fit noverca. L.* 22. *C. de Admin. tut.* de qua vid. Dn. Cancell. Hert. *L.* 1. *Par.* 71. Intermediam autem qualitatem in eo ponimus, quod, utut non sint veri parentes, neque sub eorum jure contineantur, tamen nec sunt exteri, sed ad familiares

lares ſpectant, & de nonnullis quoque juribus, quoad liberos allatos participant, quæ ad intermedii effectus merito referimus, & huc proprie ſpectant, cum & dentur quandoque boni etiam vitrici & chriſtianæ novercæ, qui curam liberorum priorum æque probe ac veri parentes obſervant. De novercarum autem ſtatu jure & affectu ſcripſit Burch. Berlich. *in tract. hujus argumenti edito Lipſ.* 4. 1628. & de Vitricis tractavit Schoepfer. *in Tr. de Juribus Vitricorum Quedlinburgi* 4. 1697.

§. XXVIII. In eodem intermedii ordine ſe invicem conjungunt *fratres vel ex uno latere conjuncti, vel plane foras in familiam una adducti.* Die Stief-Geſchwiſter. Horum nulla ſe exſerit ulterior juris communio, præter eam tantum, quæ in dividendis ſuis ſuorumque hereditatibus quoad concurſum contingit, ſecus res eo recidit, ut quilibet eorum communi ſuo parenti facta bonorum ſeparatione ſuccedat, quoad articulum vero ſucceſſionis liberorum inter ſe, & ubi permixtim conſanguinei cum uterinis concurrunt, DDrum diſcrepantium opiniones ex locorum ſtatutis plerumque modum accipere ſolent. Ad quas ſuccedendi controverſias evitandas parentes inter liberos diverſi ſui matrimonii unionem prolis Einkindſchafft ſæpe pangunt, & eos denique unitos exæquant, de qua conf. Diſſert. Inaug. Joh. Wilh. Haſtii *de unione prolium Gieſſæ* 1711. Item quatenus parentes binubi ad horum liberorum ſucceſſionem accedant, Dn. Schragius *de ſucceſſione parentum binuborum in bona liberorum ex priori matrimonio inteſtatorum.* Argent. 1687. erudite expoſuit.

§. XXIX. Si materiarum tenor ſervandus, nunc liberi conſiderandi veniunt, inter quos *Anniculos* ad intermedia referimus. Quales ex *L.* 134. *ff. de V. S.* non ſtatim poſt nativitatem, ſed 365 demum die dicimus, usque quo mediorum effectuum duratio judicatur, & exacto Legis tempore ultimo anni die incipiente tales fiunt, per quem annum legalem ſeu magiſtralem 365. dierum & 6. horarum intelligimus. Plane igitur ſi maritus per decennium aut aliud tam longum tempus ab uxore abſens, per quod ex ipſo gravida minime cenſeri poſſit, aut ob infirmitatem aliamve cauſam intervenientem impotens exiſtat, anniculum in domo invenerit, hunc pro ſuo merito non agnoſcit; quod intermedium hujus abſentiæ tempus

opera;

operatur, dum conftat, maritum cum uxore interea non concubuiffe, neceffario ex alio concepiffe & adulteraffe præfumitur, nec legitimus partus eft; *L. 6. in fin. ff. de his qui funt fui, l. al. l. 19. C. de R. V. L. fin. C. de probat.* Vbi Dni Thomafii fententia nobis arridet, quam ad refolvendas cit. *l. 6. cum l. 1. §. 14. ff. de agnofc. l. al. lib. in Difp. de filio fub conditione, fi fe filium probaverit, herede inftituto*, habet; diftinguendo: Vlpianum in *l. 6. pr.* pro regula ponere, illum effe filium definiendum, qui ex viro & uxore nafcitur. Tum dubium proponit cafum, qui adverfus hanc præfumtionem admittit in contrarium, & cum Juliano ex *l. 1. §. 4.* fic diftinguebat: Vtrum maritus diu fuerit abfens, tuncque contrarium contra uxorem admitti, an vero cum uxore adfidue fit moratus, & hic recedit Vlp. a Juliano, fed num recte, ideo ambigimus, quod hic ipfe in §. 14. attendere jubeat, fi uxore denunciante fe prægnantem maritus non negaverit, & tacuerit, ad alendum partum tamdiu teneri, donec contrarium probaverit, in utroque autem cafu nihil SCti Plauciani requifitorum neglexerit, ut fc. uxoris denunciationi neque contradixerit, neque corporis cuftodes miferit, atque fic fuum heredem fibi nafci paffus fuerit, eoque omnes patriæ poteftatis, fuitatis aliosque intermedii effectus oriri non dubitandum, quippe anniculo pro legitimo declarata prole, legitimorum quoque jurium participem fieri oportet.

§. XXX. Nihil moratur quo minus & *Viduas* in intermedia collocemus; cujus Etymon ap. Calvin. in *Lex. Jurid.* videas. Licet enim ad virginem quoque viduæ nominatio extendatur, eo fenfu noftri objecti non eft. Proinde intermediam viduitatis conditionem ex his facile invenire licebit, cum virginali ferto depofito, uxorum vero ordine viduato, fpecialem feriem faciant, quæ fingularibus pollet prærogativis, in folatium miferi ftatus conceffis, unde inter miferabiles & in multis privilegiatas perfonas ideo referuntur. Præcipuum primæ inftantiæ beneficium ex *L. un. C. quand. Imp. int. pup* immediatis imperii viduis contra denegantes afferit, Lyncker. *de Grav. Extrajud. cap. 5. fect. 2. §. 13. n. 5.* (ubi quoad Mediatas ad Carpz. *l. 2. refp. 19. n. 4.* provocat;) vi cujus dignoribus & civicis viduis & Imperiali Praxi liberum eft, in dotis repetitione, vel

dotalitio conſtituendo ad Sacram Cæſaream Maj. in prima ſtatim inſtantia recurrere, Eamque Comiſſiones decernere ſolere. Mullerus in *Gamol. perſ. imp. illuſtr. cap. 9. §. 6.* quod in mediatis contra Principem, Auſtregali Inſtantia utut gaudentem, obtinere ſtatuit, *ibi n.* 10. Ruland. *de Commiſſ. P. 4 lib. 2. cap. 4. n. 62.* & ad criminalia etiam extendit, ſive agant ſive conveniantur. Vberius illuſtrantem conſul. Thomaſium in *Diſp. de ſingulari æquitate Legis unicæ C. quando Imper. inter pup. &c. cognoſcat, ejusque uſu practico Halæ* 1725. Brunn. *ad cit. l. un.* Porro litigantium viduarum cauſas ſummariter decidendas monet Gail. 2. *O.* 78. *n.* 3.

§. XXXI. Cui hoc adnectere tandem lubet a vidua ad viduum non argumentandum eſſe Trentacinq. *L.* 3. *Reſol.* 8. Gabriel *L.* 3. *Cond.* 5. *de ſecund. nupt.* Nam quod nec viduus, nec vidua ob ſtuprum commiſſum, bona a conjuge ſibi relicta amittant, prout de vidua aſſerunt. *Coler. I. Dec.* 176. *n.* 54. Richt. *in Autb. eisdem pœnis. n.* 34. & ad viduum explicat. Lyncker. *Dec.* 1220. id non ex ſtatus illatione, quam ratione potius identitatis fluit. Alia viduarum præcipua apud Autores conferantur, qui de his ex propoſito ſcripſerunt; quo ſpectant Schœpfer. *Tr. de Statu viduitatis mutato. Francof. & Lipſ.* 4. 1693. Joh. Jac. Fried. *Inaug. diſp. de Jure viduitatis Argent.* 1645. Spizius *in Diſp. exhibente Jura viduarum clericorum & profeſſorum, vulgo* **Witwen-Recht der** Profeſſoren-**und Geiſtl. Weiber** Altorf. 1712.

§. XXXII. Sed hæc de Jure intermedii circa perſonas ſufficiant. Plura addere, præſentis inſtituti ratio pariter ac temporis aliarumq; circumſtantiarum quibus circa incluſus teneor, anguſtia prohibuerunt. Nullus einm dubito, quin multo plura eoque accuratiora de perſonarum ſtatu intermedia dari potuiſſent, quæ recordationi, dum ad alia inter elaborandum ſæpe vocatus ſim, facile exciderunt. Interim, hiſce probatis, limatiora in poſterũ forte prodibunt, & reliqua per jus in re & ad rem & judicia obvia, Deo largiente vires, ſequentur, & duarum Diſputationum tractationem explebunt. Ceterum, pro largita hucusque gratia divinæ Majeſtati humilimas referens gratias, Almæ Ejus protectioni me, measque Actiones totum committo, nec quicquam ſcriptum vel intellectum hic eſſe volo, quod non DEI honori, & proximi commodis, famæ integritati, & communi utilitati ſine cujuscunque præjudicio cogitatione mea conſecratum ſit.

TANTVM.

CORRIGENDA:

Pag. 8. lin. pen. *derivato* leg. *derivatio.* p. 9. lin. 23. *genere* leg. *generis.* lin. 30. poſt *generaliter* inſeratur: *ſumta, quæ non æqualiter a ſe.* p. 20. l. 29. *petiorii* leg. *petitorii.* p. 26. lin. pen. poſt *auxiſſe* inſeratur *fertur.* p. 31. lin. 29. *probationis* leg. *electionis.* p. 37. lin. 2. *attendendatur* leg. *attendatur.* p. 40. lin. 10. *adſcriptiis* leg. *adſcriptitiis.* p. 43. lin. 15. *ſingulire* leg. *ſinguli ad id.* lin. 16. *ad id* omittatur. lin. 19. *imperiale* leg. *imperiali.* lin. 21. *interſeratere* leg. *interſereret.* p. 47. l. 1. *alios* leg. *illos.* §. 37. *Quo* leg. *Qua.* p. 49. lin. 18. *inſtatu* leg. *inſtatur.* Reliqua unius vel alterius literæ ſphalmata Lectoris attentio corriget.

Virtus est medium, si veteres quaesieris sophos;
Si non est aliud, concipitur quale geometris.
In uitae pariter cottidie conditionibus,
Ex iuris placitis, sit reliquis ille beatior,
Finem prospiciens, qui mediis rebus inhaeserit.
Quin, coelum petimus, sed medio iam positi loco,
Accensi Solymae ciuibus ex ordine mysticae,
Felices agimus. Nec mediis ergo beatior,
Cui nil est medium. Iam grauiter talia nobilis
WEILERVS, radians VIR studiis moreque, disserit.
Vi quantum ingenii praeualeat, scit, puto, sat cliens
Non unus. Capiat, nempe precor, praemia debita
Virtuti, ac titulis non careat splendidus interim.

Nobiliss. & iuris peritissimo Dn. WEILERO, Fautori honoratissimo, feliciter pro Licentia disputanti, accinit

D. IOH. BALTH. BERNHOLD,
h. t. Rector Vniversitatis Altorfinae.

In medio virtus consistit: adagia Vulgi
Sic consueta diu trita per ora sonant.
Vana nec hæc vox est: Medii nam qualia Jura?
Scripta manu docta nos Tua dicta docent.
Certe non medium Te præstas Jure peritum,
Hinc ultra medium Te quoque fata ferent.

Gratulationis ergo de Honoribus ex merito susceptis ita DN. Licentiato, Fautori & Amico suo honoratissimo applaudit

G. H. LINCK, D. Jur. Prof. Ordinar.
h. t. Jurid. Facult. Decanus.

Ipsa Tuos animos Themis collaudat, Amice,
Tristeque rixarum Te genus omne stupet.
Vnde Tibi spondent Pindus laetaeque Camoenae
Praemia Doctrinae non peritura Tuae.

Paucula haecce Praenobilissimo Domino Neo-Licentiato gratulabundus apposuit

A. PITZLER, Med. D.

Est INTERMEDIVM veræ virtutis & artis
GLORIA, qua fruimur sedulitatis ope.
Eximius talem VVEILERVS jure lucratur;
Sicque suam Spartam mactat honore novo.

Quis

Quis dubitet, ſortem quin attrahat inde ſecundam?
De qua conamen nuncius eſſe poteſt.
Si Pietas, Candor, Genus atque Scientia Juris
Prævalet invidiæ, plura brabea meret.
Gratulor, & (ſi quid veri mens augurat,) opto:
VVEILERIANA DOMVS SVRGAT IN HAC SVBOLE.

Hæc qualiacunque, boni ominis ergo, ἐξ ὑπογύου gratulabundus appoſuit
IOH. BALTH. GEIER, Rat. Sereniſſ. Domus Brand. Onold. Paſtor Büchenbac.

Hem! quæ Doctorum non ludicra aguntur in orbe!
Hem! quæ luduntur ridicula acta in eo!
Acta agimus, chordam miſeri pulſamus eandem,
Atque eſt, re dicta, dicere id, artis opus.
Excutimus Doctos, repetentes ſæpe bis acta,
Vnde vagæ famæ nomina vana damus,
Parturiunt chartæ, naſcetur terribilis lis,
Lis omni ſemper quæ repetenda die.
Hannibal ad cathedras! vah quanta pericula cives!
Et remanet poſt tot prælia grande nihil.
Aſt Tu VVEILERI! meliores ſurgis in auſus,
Magnaque das genii nunc documenta Tui.
Nil Te trita juvant: verum alta ac ardua tentas,
Ludicra non tractas, nobile thema paras.
Intendis medium, mediumne rei, an rationis?
Da quæſo! annon, me Judice, utrumque doces?
Jus Intermedii docte pertexis, Amice!
Exacti ſpecimen judicii inde probas.
Sicque tene medium, medio tutiſſimus ibis.
Excedas medium deficiaſque, cave.
Sic digno Tibi rite Themis dabit Alma coronam,
Atque Paterna manet gloria clara Tua.

Nobiliſſimo Domino Candidato & Advocato Fridb. meritiſſimo hæc gratulabundus accinere voluit, debuit
I. N. LANGSDORF, Philoſ. Magiſt. & Rector Lycei Fridberg.

Docte, intermedium an det avaras, quæris in jure
Vſuras? Largas præparat ecce Themis.

Hæc Nobiliſſimo Dn. Candidato atq; Collegæ ſuo Honorando gratulabundus apponebat
I. H. STECHER, Adv. & Proc. Caſtri & Civit. Fridberg.

Quis dubitet, ſortem quin attrahat inde ſecundam?
De qua conamen nuncius eſſe poteſt.
Si Pietas, Candor, Genus atque Scientia Juris
Prævalet invidiæ, plura brabea meret.
Gratulor, & (ſi quid veri mens augurat,) opto:
VVeILerIana DoMVs sVrgat In haC sVboLe.

Hæc qualiacunque, boni ominis ergo, ἐξ ὑπογύου gratulabundus appoſuit
IOH. BALTH. GEIER, Rat. Sereniſſ. Domus Brand. Onold. Paſtor Büchenbac.

Hem! quæ Doctorum non ludicra aguntur in orbe!
Hem! quæ luduntur ridicula acta in eo!
Acta agimus, chordam miſeri pulſamus eandem,
Atque eſt, re dicta, dicere id, artis opus.
Excutimus Doctos, repetentes ſæpe bis acta,
Vnde vagæ famæ nomina vana damus,
Parturiunt chartæ, naſcetur terribilis lis,
Lis omni ſemper quæ repetenda die.
Hannibal ad cathedras! vah quanta pericula cives!
Et remanet poſt tot prælia grande nihil.
Aſt Tu VVEILERI! meliores ſurgis in auſus,
Magnaque das genii nunc documenta Tui.
Nil Te trita juvant: verum alta ac ardua tentas,
Ludicra non tractas, nobile thema paras.
Intendis medium, mediumne rei, an rationis?
Da quæſo! annon, me Judice, utrumque doces?
Jus Intermedii docte pertexis, Amice!
Exacti ſpecimen judicii inde probas.
Sicque tene medium, medio tutiſſimus ibis.
Excedas medium deficiasque, cave.
Sic digno Tibi rite Themis dabit Alma coronam,
Atque Paterna manet gloria clara Tua.

Nobiliſſimo Domino Candidato & Advocato Fridb. meritiſſimo hæc gratulabundus accinere voluit, debuit
I. N. LANGSDORF, Philoſ. Magiſt. & Rector Lycei Fridberg.

Docte, intermedium an det avaras, quæris in jure
Vſuras? Largas præparat ecce Themis.

Hæc Nobiliſſimo Dn. Candidato atq. Collegæ ſuo Honorando gratulabundus apponebat
I. H. STECHER, Adv. & Proc. Caſtri & Civit. Fridberg.

(o)

BSB Bayerische StaatsBibliothek
MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Weiler, Marcus Christoph

Diss. inaug. ... de iure intermedii vom Recht der Mitten

Altdorfium 1728

4 Diss. 1924#Beibd.7
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10824341-9
VD18 15176924-001